17 *Obligatio ad interesse succedit in obligatione dandi,quando obligatio,rem dari, habet admistam obligationem,rem restitui:& sic datio participat cum obligatione facti.*
18 *Res corporales qualiter dicantur diuidua,vel indiuidua. secundum naturam,et qualiter secundum iuris dispositionem.*
19 *Res corporales diuidua secundũ naturam,qualiter diuidantur.*
20 *Vna res an possit à pluribus possideri pro diuiso,ita q remaneat una.*
21 *Incorporalia qualiter diuidua,vel indiuidua.*
22 *Obligatio dandi,si continet quantitatem dicitur indiuidua,etiam quo ad solutionem, & effectum liberationis:sed indiuidua quo ad pœnæ commissionem.*
23 *Obligatio quæ continet certam speciem,dicitur diuidua etiam quo ad solutionem:nõ tamen quo ad liberationem,nec quo ad pœnæ commissio nem.*
24 *Obligatio,in qua debetur species in genere,vel alternatiuè,dicitur diuidua quo ad petitionem,& distributionem:non tamen quo ad solutionem,nec liberationem consequendam ex solutione:quia tunc dicitur indiuidua:secus quo ad liberationem consequendam aliter quam per solutionem:quia tunc dicitur diuidua.*
25 *Stipulatio factorum,an dicatur diuidua.vel indiuidua:& quæ facta dicantur diuidua.*
26 *Seruitutes an sint diuiduæ,vel indiuiduæ,secundum naturam: & quid secundum iuris ordinem.*
27 *Ratio quare seruitus ususfructus sit diuidua,& usus indiuidua.*
28 *Seruitus ususfructus etiam quo ad pœnæ commissionem dicitur diuidua.*
29 *Ius sendi an dicatur diuiduum,vel indiuiduum? remissiue.*
30 *Obligatio ad interesse in obligatione facti qualiter committatur,& quando.*
31 *Ratio quare obligatio ad totale interesse statum committatur,quando factum est explicandum in iudicio:sed quando extra iudicium,tunc expectatur tempus qui potuit fieri.*
32 *Ratio quare ad interesse particulare committitur stipulatio facti,ex clausula,dolum malum abesse:sed ex clausula de defendendo committeretur ad totale.*
33 *Obligatio ad interesse,an in obligatione,rem restituis,com mittatur,& quando.*
34 *Obligatio ad interesse quare non committatur in obligatione rem restitui post moram, sicut in alijs obligationibus faciendi.*
35 *Stipulatio ad interesse quando committitur in obligatione facti,an reus sit obligatus copulatiuè ad factum & ad interesse:an alternatiuè:id est,aut ad factum,aut ad interesse.ubi q alternatiue.*
37 *Reus quando possit præcisè compelli ad factum,vel ad interesse.ubi relatis sex opinionibus ponit suam.nu.37.*
38 *Obligatus,rem restitui,si habet facultatem rei restituendæ,cogitur præcisè,aliter non.*
39 *Obligatus,rem tradi,ex contractu emptionis,si habet facultatem rei tradendæ cogitur præcise:aliàs liberatur soluendo interesse.*
Obligatus,rem tradi,ex alia stipulatione liberatur præstando interesse.
Obligatio rem tradi,in contractu emptionis,non continet merum factum:secus in alia stipulatione,
40 *Interesse commissum in stipulatione facti.qualiter petatur.seu ipsum factum.ubi recitat tres modos præticandi,nu.42.& 43.*
41 *Facultas soluendi interesse in stipulationibus facti , quando desinat per litis contestationem.*
44 *Factum si desijt posse fieri,an possit agi ad ipsum factum,an uerò ad interesse.*
45 *Interesse petitur per certi conditionem,non expressa certa quantitate in libello.*

STipulationes non diuiduntur. Ista lec.vsque ad §.si quis ita.tractat materiam valde difficilem.Ad cuius euidentiam præmitte quod quædam stipulatiões sũt totaliter indiuiduæ ab initio,& ex post facto:vt stipulationes seruitutum.nam pro parte in stipulationem deduci non possunt:vt supra de seruitu.leg.pro parte. Item non præstantur pro parte:& inter plures hæredes promissoris, vel stipulatoris non diuiduntur:vt.supra eodem.l.ij.§.ex his. Quædam sunt stipulationes indiuiduæ,postquam sunt contractæ,sed ab initio possunt pro parte contrahi : vt stipulatio facti,puta , rem tradi. Nam ab initio possum promittere tradere partem rei,vt supra , de acqui. pos.leg.locus.sed postquam promisi,non diuiditur in partes,vt hic. Item præmitto quod regulariter in obligatione facti , post moram succedit obligatio ad interesse,vt infra , dicam. His præmissis lex nostra diuiditur in duas partes principales. Primo tractat de obligatione primitiua seruitutum,& factorũ.Secundo de obligatione subrogata ad interesse,post moram. Secunda ibi: Celsus tamen,&c.Item prima subdiuiditur in tres particulas: quia primo loquitur de stipulatione totaliter indiuidua,vt de stipulatione seruitutum.Secundo de stipulatione indiuidua: ex post facto,vt de stipulatione factorum.Tertio assignat rationem.Secunda ibi:idem puto.Tertia ibi,horum enim. Itẽ secũda subdiuiditur in alias tres.Primo, ponit vnum dictum, scilicet quod post morã subrogatur obligatio ad ĩteresse.Secũdo ponit illationem ex dicto,ſ.q ista obligatio secũdaria est diuidua.Tertio ponit aliam illationem : quia sicut interesse succedit in obligatione,ita in petitione.Secũda ibi:ideoq;.Tertia ibi: secundum quæ. Et breuiter h.d. Stipulationes seruitutum nullatenus diuiduntur. Stipulationes factorum,partis præstationem non implentur : sed post moram,succedit obligatio ad interesse,quod diuiditur, & in petitione deducitur.h.d.Casum in terminis pone per te,vt patet ex prędictis. quo posito expone literam : stipulationes non diuiduntur:id est,pro parte nõ interponuntur.sed si pro solido fuerunt interpositæ partis præstatione non implentur: nec inter hæredes diuiduntur. Idem puto quantum ad hoc quia partis præstatione nõ implentur:nec inter hæredes diuiduntur.Harum enim diuisio, id est, particularis præstatio in stipulationibus deducta, prout refertur ad primũ casum : vel id est, particularis præstatio stipulationem non implet : prout refertur ad vtrunq; casum, cętera sunt plana.Notabilia collige per te ipsum. Oppo.primo,& videtur q seruitutes sint diuiduæ:vt patet in seruitute aquæ quæ diuiditur temporibus & mensibus:vt ſ.de aqua quoti.& æsti.l.Lucio.in fi.& l.seq.ſ.communi diui.l.arbor.§.fin.ſ. de seruitu.rusti.prædi.l.si partẽ gl.in d.l.si partem.signat hoc contrariũ,& soluit duobus modis.Quidam dicunt q speciale est in aquæ ductu.hoc est contra l.j.§.si vsusfructus.ſ.ad l.Falc.vbi excipit solũ vsumfructum:in alijs seruitutibus remanet regula firma:q sunt indiuiduæ.Soluit ergo gl. secundo modo,q non diuidatur seruitus, vt hic patet : sed commoditas aquæ sic,vt in contrarijs. Secundo cõtra istud opp. iura dicuntur diuidua & indiuidua secundum naturam eius quod in illo iure contí-
1 netur:vt patet†in obligationibus,quæ secundum id,quod in obligatione deuenit, dicuntur diuiduæ , & indiuiduæ.ſ. eo.l.ij. & hac lege,& in actionibus.no.per Dyn. in §.Cato.& ibi dixi. Sed si ipsa commoditas aquæ est diuidua : ergo ipsa seruitus
2 diuidua.Sol.in qualibet†seruitute prædiali debemus cõsiderare quatuor:scilicet fundum seruientem. Item fundum dominantem. Item instrumentum,quo vtitur quis seruitute.Item tempus quo quis vtitur seruitute.Si consideres fundum seruientem, non potest quis ducere aquam,vel ire per partem illius fundi pro indiuiso.Item de prædio dominante nõ potest quis ad eum ire,vel aquã ducere pro parte certa, pro indiuiso:& ideo,vt hic gl.dicit,dominus non potest pro parte seruitutem acquirere,nec imponere : vt ſ.de seru.l.pro parte.& de ser.rusti.prædio.l.si vnus.in prin.j.eod.l.si sub vna.§.j. Et istud est commune ad omnes seruitutes prædiales:& isto respectu dicuntur indiuiduæ.Aut consideras instrumentum,quo quis vtitur seruitute:& istud vt plurimum reperitur indiuiduum : quia si scindatur,vel diuidatur,in parte nullus est eius vsus.Exemplũ in seruitute itineris,& actus.Nam instrumentum,quo quis vtitur seruitute est homo,vel iumentum.sed si tale instrumentum diuidas in parte pro indiuiso,non potest ire vna pars hominis, vel iumenti quin vadat alia.Si pro diuiso diuidis:nullus erit eius vsus:& tunc etiam respectu instrumẽti dicitur indiuidua. Quã doq; tamẽ tale instrumentũ reperitur diuiduum,vt in seruitute aquæ ductus. Nam ipsa aqua bene potest diuidi,vt in contrarijs:ipsum autem ius seruitutis propter alios respectus supra positos est omnino indiuiduum:licet quædam glo.ſ.communi di

→Pro cõcordia.Aduerte q Bar.voluit in l.fi.ff.si quis ĩ ius voc. non ierit.q interesse venit ĩ petitione.eo enim ipso q quis ali quid petit fieri, vel non fieri,videtur petitũ interesse, iudex potest eum condẽnare,vigore illius petitionis, quasi debitũ interesse insit in ipsa petitione. Sed contra,q imo sit necessaria petitio , voluit Bar.in hac l.stipulationes non diuiduntur.ĩ qua tractat materiam in hoc proposito, maxime in col. penulti.& fi.Tu dic Bart.non firmat pedes in d.l.fi.& sentit potius contrarium, dum subijcit,sed cõtra.imo ad interesse agitur.Præterea,videtur sentire Bal.in d.l.fi.aliam soluti.& idem Bart.in l.j.col. xiij.in iiij.q.princi. C.de sententias.quæ ,q eo quod interest.qd aliud sit censendum in interesse,quod venit in obligationibus dandi , & aliud sit ĩ obligationibus mere faciendi : & ita posset concordari. Possent dari aliæ solu.ex dictis-Bart.in d.versi. Celsus.dum facit differentiam in obligationibus descendentibus ex contractibus nominatis , & innominatis.sed prima verior.Rectius tamẽ cõsiderãdo Bar.ĩ d.ver.Celsus.in pen. col. circa tertiũ modũ libellãdi in secundo intellectu libelli , & in col. fi.videt tenere quod primo dixit in d.l.j. Et istud videtur melius cõuenire text.in d.ver.Celsus.& melius ipse Bart.seipsm declarat in vj.q.principio.ibidẽ de materia vide in l.si quis ab alio.ff.de re iudic.& ibi gl.quæ videt cõtrariari alteri glo.in dicta l.j.

uí.l.arbor.§.fi.in fi.magnæ gl.dicat,q ipſa ſeruitus diuidaſ cum exponit,iter aquarum,id eſt,ſeruitus.ſed falſum eſt:vt ex prædictis patet. Aut cõſideras tẽpus:& ſecundũ hoc omnis ſeruitus, i.cõmoditas poteſt diuidi:vt ſ.de ſer.l.via.§.j.tũ remanent indiuiduæ ,ppter alios effectus. Diuiſio ergo aquæ,vel alterius inſtrumenti,vel partis nõ eſt diuidere ſeruitutem:ſed eſt modificare eam,ſeu ei modũ adiícere:vt j.de ſeruí.l.iíij.in fi. Tertio oppo.cõtra prędicta,diuiſio eſt ,ppríe,& vere,qñ fit pro diuiſo:vt patet in toto titu.fami.erc.& communi diui.ſed ad certã partẽ pro diuiſo ſeruitus poteſt cõſtitui,& remitti,tam reſpectu fundi dominãtis,q reſpectu fundi ſeruientis.ſ.de ſeru.l.ad certam. & l.ſi cui.& communia prædio.l.ſi per certũ.ergo patet q reſpectu fundi dominãtis,& ſeruiẽtis ſeruitus eſt diuidua. Solu.†Licet fundus diuidaſ,quælibet pars ,p diuiſo poteſt dici vnus fundus:& cuílibet parti pro diuiſo poteſt dici deberi integra ſeruitus:debetur enim vni fundo,non parti.hoc dicit tex.ſ.communia prædi.l.ſi quis duas.§.ſi quis partem. Vnde patet,q ipſa ſeruitus non diuidiť:& licet forſan poſſet poſsideri pro diuiſo:tamen remanet vnus fundus:vt dicam j.in j.q.tamen quantum ad hoc habeť loco vnius fundi. Dices tu,hoc non ſufficit mihi qñ pro certa parte ſeruitus remittaſ. Nam ſi totus fundus debeat ſeruitutem,ſi remitto in certa parte certam partẽ ſeruitutis,in alia remanebit alia pars ſeruítutis: ergo ſeruitus diuidiť.& ſic prædicta reſpõſio nõ videť ſufficiens. Sol. Díco q etiã tunc ſeruitus nõ diuidiť,ſed modificať:vt illa eadem ſeruitus quæ habebat ita largas habenas q poterã ire per totum fundum:illa tota duret modificata,& reſtricta ad certã partem,qui modus poteſt adíjci ſeruitutibus: vt l.iíij.§.modum ſ.de ſer. Et de hoc do tibi exemplũ materiale.Theologi,& philoſophi dicũt,q anima hominis eſt tota in toto,& tota ĩ qualibet parte corporis. Ita in ſeruitute,quæ eſt tota in toto fundo.& tota in qualibet parte fundi:vt ſ.de ſer.ruſti.prædi.l.via cõſtituí.§.fi.Modo pone,corpus humanum eſt diuiſum:puta quia oculi ſunt ſeparati ab aliquo corpore:erit ne diuiſa anima?Certe nõ,ſed modificata:quia primo habebat virtutem viſſuam,propter inſtrumẽtum oculorũ: modo nõ habet.Ita in propoſito,ſeruitus modificatur,nõ diuiditur.Non poſſum vobis dare aliter intelligere.Iſta ſunt ſubtília,& conſiſtunt multum in intellectu. Quarto oppo.ſi ille, qui eſt dominus prædij dominantis,efficiť dominus prædij ſeruiẽtis pro certa parte,pro indiuiſo ſeruitus retinetur:vt ſ.de ſeruí.l.vt pomum.§.j.plene no.de ſer.ruſti.prędi.l.ſi communi.ſed res ſua nemini ſeruit:vt ſ.de ſeruí.vrba.prædi.l.in re cõmuni.& quemadmo.ſer.amitta.l.j.& l.vti fruí.in princíp.ſ.ſi vſusfru.pe. Remanet ergo q pars ſua pro indiuiſo ſibi non ſeruit: ſed pars ſocíj.ergo pars fundi pro indiuiſo debet ſeruitutem:quod eſt cõ
4 tra prædicta. Sol. Díco† q totus fundus debet ſeruitutem,licet dominus ſit pro parte. Et quod dicíť,res propria nemini ſeruit: verum eſt,propria inſolidũ:ſed res cũ alio cõmunis poteſt ſeruíre:vt in cõtrarijs. Sicut enim ab initio ſeruitus partis indiuiduæ non poteſt acquíri:ita iam acquiſita nõ cõfundíť,niſi totus fundus ſeruiẽs ſit dominãtis:arg.pro hoc l.tria prædia.de ſer.ruſti.
5 prædi.gl.†tñ in l.vnus ex ſocijs.in prín.de ſer.ruſti.prædi.tenet q ſeruitus pro parte retineť.& male:quia diuiſionẽ non recípit: vt hic in tex.& ibí,cũ legibus alle.ibí vbi dicíť q retineť ,p parte. Expone,i.occaſione partis retinetur pro ſolido:vt ibí not.ſe-
6 cundũ verã opí. †Quinto oppo.dicíť hic,cæterarum ſeruitutum.cõtra ſ.ad leg.Falci.l.j.§.ſi vſusfructus.vbi dicitur,q vſusfructus eſt diuiduus.Gl.ſoluit duobus modis.Vno modo,q regula hic tradita fallit in vſufructu.Alia ſolu.eſt,q inter hæredes promiſſoris nõ diuiditur ſeruitus vſusfructus,ſicut aliæ ſeruitutes:& ita loquíť hic.Iſta ſecũda ſol.eſt falſa,& contra caſum l.cũ reo.ſ.de vſufru.alias l.v.§.reo.& eam reprobant Dy.& Pet.licet Dy.ponat alias rationes:quas non curo recitare.Tene ergo primam quia fallit in vſufructu. Ceteræ ſunt indiuiduæ : ſiue ſint reales,ſiue perſonales,vt vſus.ſ.de vſu & habita.l.vſus pars.& quæ ſit ratio inter vſumfructum,& alias,dicam j.in quæſtionibus. Sexto opp.ad ſecundũ dictũ:hic videť dici,q facta ſunt indiuidua.Contra,ego poſſum ſtipulari partẽ fundi tradi,vt ſ.de acquí.poſ.l.locus.Item certa pars foueæ poteſt purgari:vt ſ.de aqua plu.arcen.l.íj.§.præterea.ergo ſunt facta diuidua:hic autem dicítur q non diuiduntur:quare &c.Solu.dico q iſta ſunt facta diuidua tẽpore contractus:quia pro parte poteſt quis ſtipulari fundum tradi,foſſam fodi,& ſimilia: ſed poſtquam pro ſolido ſunt deducta in ſtipulationẽ,non diuiduntur aliquo modo:& ita loquítur hic,& in hoc differũt a ſeruitutibus quæ non diuidũtur tempore cõtractus:vt dixi ſ.Et ideo text.hic dixit notabiliter aliquid ſtipulatus,&c.vt oſtẽdat ſolum poſt ſtipulationẽ in hoc,quod ſicut ſeruitus imponi non poteſt ab initio ab vno ex dominis certæ partis pro indiuiſo:& ſi poſt ſtipulationem alienať pars fundi,extinguitur ſtipulatio. Ita in
3 ctis quibuſdam. Non enim poteſt ſtipulari vnus ex dominis in fundo communi inſulam ædificari:& ſi poſt ſtipulationem dominus partẽ fundi alienaret,extingueretť ſtipulatio eadem ratione:vt dicit glo. Nec obſtat l.cõtinuus.§.fi.j.eo.quía ſi vni ex hæredibus prælegať fundus,ad quẽ reſpícit factũ,vel ſeruitutes:ad eũ trãſit actio:quía poteſt ad eũ trãſire,cũ ſit hæres.ſecus in ſucceſſorẽ ſingulari. Poſſent etiã eſſe quædã facta,quæ ab initio nõ poſſent ,p parte deduci in obligationẽ:vt non impedire,non of-
8 fendere,& ſimilia:vt patet ad ſenſum. Tamẽ prędicta procedũt in exemplis legis noſtrę. Reaſſume†ergo clarius,q quædã ſunt faciẽda de ſolo:vt fundum tradi:& hoc ab initio poteſt pro parte diuiſa,& indiuiſa in obligationem deduci:vt d.l.locus. Quædam ſunt facienda in ſolo:vt,foſſam fodi,vel inſulam fabricari vel deſtrui: & iſtud factum pro parte diuiſa ab initio poteſt in obligationem deduci:ar.d.ſ.præterea.& ar.ſ.de dam.infect.l.ſi finita.§.ex hoc edicto. Pro indiuiſo vero,nec reſpectu ipſius operis,nec reſpectu fundi,poteſt in obligationem deduci, ſicut nec ſeruitus,vt dictum eſt. Quædam facta ſunt quæ reſpiciunt perſonã:vt nõ impedire,non agere:& iſtorum quædam ſunt diuidua,quædam non,ſecũdum regulas quæ j.dicentur. Septimo,cõtra hoc oppo.& videť,q etiã poſt ſtipulationẽ factam facta ſunt diuidua:vt ſ.co.l.eadẽ.§.Cato. Sol.dicit glo.q regulariter facta ſunt indiuidua,vt hic:ſed fallit in d.§.Cato.& quibuſdã alijs. Ita nota.ſ.eo.l.íj.in glo.quæ incipit,ergo & earũ,&c.dicit Pet.q per hoc nunq̃ cognoſceremus facta diuidua & indiuidua. Dicendum eſt ergo,aut eſt tale factum,quod ſi pro parte cõpleatur,affert tantam vtilitatem reſpectu partis,quantam afferret ſi totum cõpleretur reſpectu totius:& tũc factũ dicíť diuiduũ.Sic loquitur §.Cato.in ſtipulationibus,agi nõ amplius,& rem ratã haberi.aut ſi pro parte impleať,nõ affert tantã vtilitatẽ reſpectu partis,quantam affert totũ reſpectu totius:& tunc dicitur factũ indiuiduũ:vt hic. Iſta ſunt ſua verba pulchra.

Quæro,vtrũ ſint vera,& procedãt in exẽplis noſtræ legis, dicã j.in iíj.q. Octauo oppo.& videť,q rem tradi ſit factum diuiduũ:cũ quílibet hæredũ teneatur pro parte:vt ſ.cõmo.l.iíj. §.hæres.& de vi & vi ar.l.ſi plures.Iſtud contrariũ habet gl.val de profundã.Nam glo.in l.j.§.ſi apud duos.ſ.depo.fateť hoc q, rem tradi,ſit factũ diuiduũ:& apud plures hæredes vnius principalis. Nec obſtat hæc lex:quía intellígit q hoc fuit expreſſe actum.Iſtud eſt diuinare.& eſt quædam truffa. Alíj vero dixerunt: aut talis obligatio venit ex contractu bonæ fidei:& diuiditur:vt d.§.hæres.& de ædi.edic.l.quod ſi nolit.§.ſi plures.aut ex contractu ſtricti iuris:& tunc eſt indiuidua:vt hac lege.Eorum opí.reprehendit Cy.C.de duo.re.auť.hoc ita.in íj.q.& bene,quía eſt cõtra d.l.ſi plures.de vi & vi ar.& cõtra l.in cõditione.ſ.de cõdí.fur. Vnde tertíj,vt Pet.dicũt,q obligatio.rem tradi,dicítur diuidua quo ad obligationẽ,vt in cõtrarijs. Nam inter hæredes diuiditur obligatio:licet quo ad ſolutionẽ dicať in diuidua:quía ſolutione partis nõ cõtingit liberatio:vt l.ſi duo. ſ.depoſi.& iſto modo accípitur hic.Sic dicímus in obligatione generis j.eo.l.in executione.§.pro parte.& hoc tenet Cy.in d. auť.hoc ita.Iſta ſol.non placet míhi:quía hic dicíť,q æqualiter ſunt indiuidua,fundum tradi,& foſſam fodi,& inſulã fabricari: ſed conſtat,q inſulã,vel aliud opus fieri,eſt indiuiduũ quo ad obligationẽ:quía quílibet hæredum tenetur inſolidũ:vt ſ.de legа.iíj.l.fideicommiſſa.§.pe.et j.eo,l.in executione.§.íj.ergo &c.

Quarti ergo dicũt,aut obligatio,rem tradi,vel,rem reſtitui, cõtrahiť re:& eſt diuidua quantũ ad obligationẽ,qa inter hæredes diuidiť:quia obligatio re nõ cõtrahiť in plus,q̃ puenit.Aut contrahí

cõtrahitur verbis:& tũc eſt indiuidua,vt hic.Hoc non placet,p l.in conditione.ſ.de condí.fur.Nam condictio furtiua nõ naſciť ex contractu celebrato verbis,nec re:ſed ex delicto,vel ex variís figuris cauſarum:vt ſolet dici in l.ſi pro fure.§.fin.de condí.furti.
9 Quid dicemus?Credo †Dy.in iſta materia optimè ſentire,ſi bene intelligatur.Ipſe enim in diſtinctione, quam hic ponit,facit differentiam inter rem tradi,& rem reſtituí. Idem in diſtinctione quam ponit in.l.executione.j.eo.ponit omnia facta in vno membro,rem reſtitui in alio membro.Dico ergo,q facta, de quibus hic fit mentio:vt,rem tradi,& alía,ſunt indiuidua quo ad obligationem,& ſolutionem.Nec obſtant contraria:quía loquuntur in obligatione,rem reſtitui,quod factum eſt diuiduum quo ad obligationem inter hæredes,ſed nõ quo ad ſolutionem:vt d.l.ſi duo. ſ.depo..Videmus rationẽ prædictorũ.obligatio fundũ dari: vel aliam ſpeciem,dicitur diuidua quo ad omnia. Nam inter hæredes diuidiť,& pro parte ſoluendo contingit liberatio:vt j. de ſo. l.ſi ſtipulatus.§.j.ſ.eo.l.iíj.§.ſi tamen hominem. Ratio:quía licet quis ſoluat partem,aliam partem cogetur preciſè ſoluere:& nũquam etiam poſt interitum ſuccedit obligatio ad intereſſe:vt j.e. l.ſi ſeruum.§.fi.Item obligatio,fundum tradi, dicitur indiuidua quo ad effectum diſtributionis:quia non diuiditur obligatio inter hæredes.& quo ad ſolutionem:quia ſolutio partis non affert liberationem,vt hic.Ratio eſt vt ſ.dixi:quía in ea ſtatim poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe:nunc ergo ne deueniatur ad illud inconueniens,quod detur pars fundi,& pars intereſſe ex natura obligationis,dicitur omnino indiuidua poſt obligationẽ contractam.Item obligatio,rem reſtituí:& iſta tenet medium inter obligationem,rem dari,& obligationem,rem tradi. Nam do nec res extat,poteſt præciſè compelli ad dandum, nec ſuccedit poſt morã obligatio ad intereſſe: & in hoc participat cũ obliga-
10 tiõe dãdi. Itẽ†poſtq̃ res eſt perẽpta,ſuccedit obligatio ad intereſſe:vt ſ.de condí.fur.l.furtiua.licet gl.ibí aliter dicat.de rei vendi. l.qui reſtituere.& depo.l.ſi duo.cum ſi.ſecũdum Dy.vt j.dicam. & in hoc diſcrepat ab obligatione dandi,in qua nũquã ſuccedit obligatio ad intereſſe,& ſapit de natura obligationis facti. Sicut ergo eius natura tenet medium,ita in diuiſibilitate eligitur medium:vt quo ad obligationem dicatur diuidua, ſicut obligatio dandi: quo ad ſolutionem iudicatur indiuidua, ſicut obligatio faciendi.Dices tu.Iſta verba licet habeant colorem,nõ tamẽ habent ſaporem:quia idem eſt in effectu in obligatione dandi:quía quando non poteſt dari res, æſtimatio ſoluetur:vt d.l. ſeruum.§. fi.Reſpon.non curo:quía illud nõ contingit ex natura obligationis.ſed in obligatione rem reſtituí contingit ex natura obligationis:& lex vult quod in perſona hęredum non varietur conditio obligationis:vt ſ. eo.l.íj.§. ex his.& ex eo iudicat obligationẽ diuiſibilem,& indiuiſibilem.Item poſſes inſtare cum in obligatione,rem tradi,ſuccedat obligatio ad intereſſe vel alternatiuè, vel abſolutè:vt j.dicam,videtur q debeat dicí diuidua quo ad obligationem:ſed non quo ad ſolutionem:vt j.eo.l.in executione.§.pro parte.vbi ſic dicitur de alternatiuis.Ad hoc reſpondeo de obligatione dandi,poſito q ſit in genere,vel alternatiuè nõ variatur natura obligationis penes hæredes,nec penes ipſum principalem ex mora:quía id,quod fuit in obligatione ab initio, illud eſt poſt moram:ideo obligatio dicitur diuidua quo ad obligationem: ſed quia variatio poteſt contingere circa ſolutionem,ideo quo ad ſolutionem dicitur indiuidua:vt d.§.pro parte.ſed in dicta obligatione,rem tradi,& in cæteris ſimilibus,& ſi hæres poſsit ſoluere partem rei,& partem intereſſe:cõtingeret variatio, & circa rem & circa obligationem:& ideo dicitur indiuidua,etiã quo ad obligationem. Nonõ oppo.hic dicitur,quod obligatio operarum non diuiditur..cõtra ſ.eo.l.in ſtipulationibus.§.operarum.Dicit gl.dic vt ibi. Aduertatis.glo.hic in fin.gl.mag.ſoluit vno modo, videlicet quod hic loquatur ex parte hæredum promiſſoris:contraria loquuntur ex parte hæredũ ſtipulatoris.Et hoc tenet Pet. hic,& in §.Cato.& ſic oppo.de l.íj.§.j.j.de præto.ſtipu. vbi dicíť quod etiã ex parte ſtipulatoris ſit indiuidua. Dicit Pet.Reſpondeo,debes ſcire,quod quædã ſunt facta quæ ſi vni ex hæredibus fiant:proſunt omnibus:vt quãdo eſt in obligatiõe,opus deſtruere:& iſta caſu etiã ex parte ſtipulatoris eſt indiuidua:vt d.l.íj.§.j. Quædam ſunt facta:quæ ſi fiunt vni, non proſunt alteri: & tũc diuiditur obligatio inter hęredes ex parte ſtipulatoris:vt d.l.ſi ſti-
11 pula.§.j.& l.ſi quando. de ope.lib.Cum ergo † quæritur, vtrum ſtipulatio facti diuidatur inter hæredes, vel non: ſic diſtingue. Aut loqueris de ſtipulatione facti diuidui:& non eſt dubium:vt in §.Cato.Aut facti indiuidui,quod eſt regulariter: & tunc aut eſt vnum factum,aut plura facta.Si vnum, aut loqueris de hæredibus promiſſoris:& non diuiditur: vt hic.Aut loqueris de hęredibus ſtipulatoris:& tũc aut ſi fiat vni,prodeſt omnibus:& non diuidiť.alia's ſic,vt in legibus p̃dictis.Aut ſtipulatio cõtinet plura facta:& tũc aut eiuſdẽ qualitatis,vt duas operas pictorias: & diuiditur numero:vt d.§.operarũ.aut diuerſę qualitatis, vt vnã operam pictoriam,& librũ ſcribi:& tũc eſt idẽ,ac ſi vnũ opus eſſet promiſſum,cũ diuiſo numero ibí non bene cadat:argu.d.l. in ſtipulationibus.in prín.§.j.& ita dicit Pet.In eo quod dicit,quod ſunt plura facta:credo eum optimè dicere.In eo q facit differentiam inter hæredes ſtipulatoris,& promiſſoris:credo eum male dicere.Et Dy.hic reprehendit glo.& eum.Nam ea quæ ſunt diuidua ex parte promiſſoris,ſunt indiuidua ex parte ſtipulatoris: vt l.íj.§.ex his.ſ.eo.& loquitur ibi in ſeruitute:quæ ſi concedatur vni,non prodeſt omnibus. Vnde diſtinctio Petr.non eſt bona cum opera ſint omnino indiuidua. Qualiter ergo reſpondebimus ad contrarium?Glo.in d.§.operarum.dat primo vnam ſol. quod opera poteſt diuidi voluntate ſtipulatorũ,vt ibi:eis volentibus ſecus vt hic.Idem no.ſ.eo.l.íj.in prín.Dy.ibí hanc ſolu. reprobat.Nam cũ hic dicatur,q harũ diuiſio corrumpit ſtipulationem etiã ſtipulatore volente,nõ poterit diuidi:quía ſi diuiditur, non ſoluitur quod deuenit in ſtipulationẽ,ſed aliud.Vnde bene poſſet contingere liberatio,tanẽ aliud pro alio ſolutũ creditore volente,licet nõ ſit ſolutum q deuenit in ſtipulationẽ. Nam per diuiſionẽ eſt alia opera quã præmiſſa.Vnde glo.ponit duas alias ſol.in l.contraria,ſ.q ibí intelligitur partem operis,i.partem æſtimationis operæ:vel petetur tota opera,& conſequetur partẽ eſtimationis.& ita tenet Dyn.& d.Ray.quod credo verum,per l.ſi quando.in prín.ſ.de ope.lib.vbí loquitur de operis præteritis, in quibus de neceſsitate deuenitur ad æſtimationem.& ſic exponi
12 tur pars operæ.i.pars æſtimationis:ſed in futuris ſecus. † Nunc ad ſecundã partẽ oppo.Decimo hic dicitur,quod poſt morã ſuccedit obligatio ad intereſſe.Cõtra:vt j.eod.l.ſi ſeruum.§.fin. vbi homine mortuo adhuc homo petitur. Pro hoc ſ.de conſti. pecu. l.promiſſor hominis.ſ.eo.l.eũ qui.§.fi.Timore huius cõtrarij gl. quæ eſt ſ.de re iu.l.ſi quis ab alio.§.fin.dicit, q intereſſe non eſt in obligatione,nec in petitione:vt in contrarijs:ſed venit in condemnatione officio iudicis. Ita intelligitur hæc lex & omnes ſi. Idem videtur tenere gl.j.eo.l.cũ ſtipulatus.§.fi.Illę gl. cõiter reprobanť,& Dy.reprobat eas hic,& in c.mora.in j.q.extra,de regu.iur.lib.vj.Nã hic eſt rex.in fi.q eſt in petitione ibi:dandã eſſe petitionẽ,&c.& gl.hic dicit q eſt in obligatione.& hoc etiã probatur ſ.eo.l.ſi pœnã.& ſ.de act.emp.& vẽ.l.j.in prín.ſi qs in ius voc.nõ ie.l.fi.j.eo.l.quoties quis in prín.& l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ.§.fi.cũ multis ſi.Ad contraria ſic rñder,quod ibi in obligatione dandi,in qua non ſuccedit obligatio ad intereſſe: hic in obligatione faciẽdi,Nec obſtat l.ſtipulatio.§.ſiue autẽ.ſ.de ope. no.nũ.quía illa ſic intelligitur q factum & intereſſe eſt in obliga
13 tione,ſicut hic.Sed iuxta † prædicta poſſes quærere de ratione, quare aliud in obligatione dandi,quam in obligatione faciendi. Cy.quærit de hoc C.de ſen.quæ pro quod intereſt l.vnica.in iíij. q.prin.circa fi.diſt.& nõ reſpondet.& vt ſcripta referunt, nõ poſſunt dari rationes neceſſario cõcludẽtes:ſed perſuaſiones quædã ſatis apparentes.Ecce vna:dare,ſit de leui,& põt explicari vno momento:ſed facta plurimũ habent tractatum longum. Vnde cogere promiſſorẽ ad faciẽdũ eſſet quædã ſpecies ſeruitutis:arg. ſ.de li.ho.exhi.l.j.& íj.& ideo lex ſubrogauit obligationem ad intereſſe.Iſta ratio ſumiť ex dictis Dy.in l.ſtipulatio.§. ſiue autẽ.ſ.de no.ope.nun.Iſta ratio non eſt generalis:quía quædã ſunt facta quæ habent cauſam momentaneã,vt rem ratã haberi,& rem tradi,& ſimilia.Vnde alíj moderni dicunt q dare nõ diuerſificať ex tempore,nec ex perſona. Nam ſiue hodie ſiue cras des, ſiue tu, ſiue alius pro te,idem dominium erit eiuſdẽ rei:ſed non in factis:quia vt plurimum diuerſificantur ex tpe. Nam aliud eſt factũ de die,aliud de nocte. Aliter ſanus facit,aliter infirmus:&c. vt l.ſi non ſortem.§.libertus.ſ.de condí.indeb. Vnde cum ſemel fuit in mora faciendi,non videtur quod illud poſsit amplius fieri. Vnde lex ſubrogat obligationem ad intereſſe. Et iſta ratio ſatis videtur bona:ſed nõ eſt generalis,quia rẽ tradi non variať ex

tẽpore:item rem reſtitui:niſi diceres q̃ iura adaptantur ad ea,quę frequẽter accidunt. Tertiam rationem ponit Pet.dari ſemper intereſt ſtipulatoris:meritò ipſa obligatio præciſè continet aliquid dandum:ſed in factis quandoq; intereſt,quandoq; non intereſt. Vnde cùm iſtæ ſtipulationes ſint inuentæ vt ſtipulemur quod noſtra interſit in obligatione faciendi ſubrogauit lex obligationem ad intereſſe,ne fortè aliàs quis peteret quod ſua nõ intereſſet:quod in dandis non cõtingit. Et iſta ratio videtur generalis: quia in obligatione,rem tradi,poteſt eſſe q̃ mea nõ intereſt:quid erit ſi tradis rem mihi exiſtenti malæfideiꝰ Certè tenebor vero domino ad fructus perceptos & percipiendos:ſed ſi mihi das tranſferendo dominium,iſtud non poteſt accidere. Quartam rationẽ poſſumus dare: lex curat q̃ aliquid non ſit in incerto:vt l.j.ſ.de vſuſcap.in obligatione faciendi ipſum factum eſt in obligatione: vel vt proprius loquar,ipſum fieri,ſeu actus faciendi, quod non eſt in rerum natura antequàm fiat,& eſt incertum:vt j.eod.l.vbi autem.§.qui id quod.ideo lex poſt moram ſubrogat obligationẽ ad intereſſe.quod conſiſtit in quantitate quæ de ſui eſſentia certificata eſt in rerum natura:ſed in dandis ab ipſo initio eſt certũ in obligatione,ſcilicet dominium ipſius rei,& eſt in rerum natura:ideo lex nõ curauit,quòd cõtraheretur obligatio ad intereſſe.

14 iſtæ poſſunt eſſe rationes. †Vndecimò oppo.& videtur quòd in obligatione dandi ſuccedat obligatio ad intereſſe:vt l.j.ſ.de rerum permu.de præſcrip.verbis l.naturalis.§.j.dicit Dy.illud eſt in contractibus innominatis:quia ſicut ſunt debiles in cõtrahendo obligationem:& ita etiam in contracta exequenda:vt ſ.de cõdic.ob cauſam.l.ſi pecuniam.Iſtam opin.tenet gloſ.C.de ſenten. quæ pro eo.l.j.& C.de rerum permu.l.cum precibus. Pet.fuit in cõtraria opi.quia l.ſi ſeruum.§.fina.j.eo.loquitur generaliter. ergo idem in contractibus nominatis, & innominatis. Ita refert Cy.in dicta l.cum precibus.& in dicta l.vnica.de ſent.quæ pro eo.in iiij.q.principali circa finem diſtinctionis. Non obſtant dictæ leges allegatæ in contrarium: quia ibi venit intereſſe, dicit ipſe,non in obligatione: ſed fortè venit iudicis officio. Ita credo quòd ipſe voluit dicere. Quid dicemusꝰ Certè dictæ leges multum apertè loquuntur pro gloſ.& Dy. Vnde non audeo tenere cum Pet. Sed de ratione quam Dy. ponit,ego dubito. Nam videtur concludere contra eum.nam ſi intereſſe eſt in obligatione re ſoluta,adhuc poterit peti reſiduum intereſſe: quod non eſſet, ſi officio iudicis veniret intereſſe: vt C.depo.l.iiij.ſ.de eo quod certo loco.l.centum Capuæ.& quod no.de dolo.l.& eleganter. §.non ſolum.in fi.magnæ gloſ.& ſic videtur,q̃ difficilius tollatur in contractibus innominatis,quàm in alijs nominatis.Solu. contractus innominati differunt à nominatis, quantum ad propoſitum in duobus.Primò,quia debitor non poteſt cogi præciſè ad rem dandam:vt dicta l.cum precibus.ſed in contractibus nominatis ſic:vt l.vbi autem.in fi.j.eo.& iſta ratione contractus innominati dicuntur debiliores in obligatione exequenda. Poteſt enim eſſe quod intereſt rei potius ſoluere intereſſe,quantũcunq; ſit,quàm ipſam rem dare:& iſtud conſiderauit Dy. vide rationẽ ſuam. Secundò differũt in alio:quia in innominatis intereſſe eſt in obligatione,ſecus in alijs.Et ex hoc reſultat id quod ſupra dixi:quia non ita de facili tollitur ius actori competẽs ad intereſſe, ſicut tolleretur ſi veniret officio iudicis. Et iſto modo poſſemus dicere,quòd difficiliores ſunt in obligatione exequenda cõtractus innominati. Et huius poteſt eſſe ratio:qa innominatis obligatur quis interueniente duplici actu,ſcilicet proprio pacto. Itẽ rei traditione ſecuta,ergo cũ eo durius agi.arg.C.ad Velleia.l.ſi

15 mulier. †Duodecimò oppo.ad idẽ q̃ in obligatione dandi veniat intereſſe:vt j.eo.l.liber homo.§.fi.Sol.illud quãdo dandũ eſt alij:hic verò dandũ eſt ipſi ſtipulatori. Idem dicit gl.in alia materia ſ.de act.emp.l.Iulianus.in prin. Et ratio poteſt eſſe iſta,qñq; dari intereſt ſtipulatoris indiſtinctè:& nõ ſuccedit obligatio ad intereſſe:vt qñ dandũ eſt ſibi.Qñq; dari eſt ita qualificatũ,q̃ ſtipulatoris poteſt intereſſe,& nõ intereſſe:vt quãdo dãdũ eſt alijs: & tunc eadem ratio eſt in dari, quæ eſt in fieri:& ideo ſuccedit obligatio ad intereſſe. Eadem poteſt eſſe ratio in l.ſi pœnam.ſupra eodem.Nam quãdoq; ſtipulor mihi dari irreuocabiliter: tũc intereſt mea,nec ſuccedit obligatio ad intereſſe.Quãdoq; ſtipulor mihi dari reuocabiliter:vt te crediturũ,vel mutuaturũ mihi: & tũc quia poteſt eſſe q̃ mea intereſt,& quod nõ intereſt,& ſic eadem ratio eſt quæ in facto:meritò ſuccedit obligatio ad intereſſe. Ita intelligo dictã l.ſi pœnam.licet glo.& doct.aliter dicant.

16 †Tertiodecimò opp.ſ.de condi.indeb.l.in ſumma.§.in frumento.vbi pater,q̃ erat obligatus ad reddendũ,& ſic ad dandum: vt l.verbum reddendi.de verb.ſigni.& ibi petitur æſtimatio: & ſic patet q̃ eſt in obligatione.Solu.Cy.in repetitione ſua l.vnum. in vlti.q.intelligit illũ §.in frumento.q̃ vbi frumentum petatur & æſtimatio veniet in condẽnationem.Sed hoc eſt contra illum §.Vnde tu dicas aliter videlicet q̃ in condictione indebiti nõ eſt quis proprie obligatus ad reddẽdum:ſed eſt obligatus ex quadã æquitate naturali,inquãtum eſt locupletior:vt.l.nam hoc natura.& l.ſi non ſortẽ.§.libertus.ſ.de cõdi.inde.Si verò frumentum ſit cõſumptũ,remanet quis locupletior,in æſtimatione frumenti:merito illa petitur:vt d.§.in frumento. Eadem poteſt eſſe ratio ſ.quod me.cau.l.ſi ipſa. Nam ipſa actio quod met.cau.datur in extraneum,in quantum locupletatus eſt.Sed ſi rem conuertit in pretium,in ſolo pretio locupletatus eſt:ergo pretium petetur ſecundũ Pet.vt ipſe no.in d.l.ſi ipſa in brocardis ſuis.Sed contra ipſum principalẽ,etiam re perempta petetur res ipſa:vt C.quod met.cau.l.j. An autem poſſet peti æſtimatio, dicam infrà proxi.

17 †Quartodecimò oppo.& videtur, q̃ipſa æſtimatio ſuccedat in obligatione,& petitione:vt l.ſi filio.la j.de do.cau mor. & quod ipſa res peti non poſsit,vt ibi,in fi.dicitur.Sol.gl.videtur ibi dicere, q̃ ad rem agitur.ſed æſtimatio ſoluetꝰ:& ideo ad æſtimationẽ videtur agi.Sed hanc expoſitionẽ ille text.non patiꝰ,nec l. illud. §.Iulianus eo.tit. Aliꝰ,vt Dy.dicunt,q̃ ibi eſt obligatio rẽ reſtituí.q̃ eſt falſum,imò rem dariꝰ:vt l.pen.ſ.de condi. ob cau. & ibi no.Potes ergo tẽtare,& dicere q̃ ibi agitur ad dandum,ſeu reddendũ ex contractu innominato,qui reſultat ex donatione cauſa mortiſ:vt l.naturalis.§.j.ſ.de præſcri.ver.ſed hoc non placet: quia ibi loquitur quando agiꝰ præſcriptis verbis,vt fiat q̃ conuenit:& ſic petit q̃ non eſt,nec fuit ſuũ:ſed cũ agitur condictione ob cauſam ad repetendũ quod fuit ſuũ:ipſa res etiam perempta debet repeti:vt.d.l.pe.de cõdi.ob cauſam.Dic aliter,ad d.l.ſi filio. videlicet,quod ibi dicitur,non res:ſubaudi tantum.Nam res vel æſtimatio peti poteſt,ſecundũ electionẽ actoris:vt eo.tit. l. illud. §.Iulianus.Et ſi dicis,imò ipſa res debet peti:vt l.ſi ſeruũ.in fin.j. eo.Reſpon.quod illa obligatio ſapit naturam dandi. Item naturam reſtituẽdi.Quod patet:quia tenetur vtili in rem:vt l.ſi mortis.& l.qui mortis.de dona.cau.mor.ideo eligiꝰ media via: vt cũ reus non poteſt reſtituere,ſit in electione actoris. Idem dico in actione quod metus cauſa.Idem dicam ſi competat perſonalis, & vtilis in rem:vt l.metũ.ſ.volenti.ſ.q̃ met.cau. Idem dicam in actione ex teſtamento pro re legata,pro qua conſueuit dari perſonalis,&in rem:vt cũ res præſtari non poſsit,ſi hæres tenetur, poſsit agi ad rem vel eſtimationẽ:vt.l.ſed ſi res ſ.de leg.j.& l. cũ res.§.itaq;.& §.fi.eod.tit.& de leg.iij.l.mortuo.§.j.& ij. Inſtitu.de leg.§.non ſolum.Sic debet intelligi C.de lega.l.cũ rẽ alienã.Si ergo quæriꝰ,vtrum in obligatione dandi ſuccedit obligatio ad intereſſe:diſtingue,aut ex contractu nominato, aut innominato: & tũc aut indiſtinctè intereſt mea dari,aut põt intereſſe, & non intereſſe:vt patet ex p̃dictis.Veniamus ad materiã diuidui,& in diuiduí,quã Pet.latè tractat in §.Cato.& in §.ſi plurĩ.et in qbuſdã bene dicit:in qbuſdã malè dicit:in aliqbus minus pfectè.Ego verò pono,quod reputo verũ omiſsis improbationibus,breuitatis cauſa. Primò quæriꝰ qualiter res corporales dicantur diuiduę.& indiuiduę.†Secundò qualiter in incorporalibus. Ad primum ſcire debetis,q̃ primò res dicitur diuidua, vel indiuidua ſecundũ naturam:alio modo dicitur diuidua,vel indiuidua ſecundum iuris diſpoſitionem:vt ſ.de leg.j.l.non amplius.in fin. De vtroq; videamus.Dic ergo,aut quæris vtrũ ſint diuiduæ ſecundum naturam.& cõſtat q̃ vnaquæq; res corporalis poteſt in partes diuidi: vt vnus homo vel equus.& hoc patet ad oculum,ſecundum Petr. Hoc fallit quandoq; propter rei modicitatem: vt punctus,qui poteſt eſſe ita paruus,quod ſecundum naturam nõ recipit diuiſionem. Aut quæris vtrum ſint diuiduæ ſecũdum iuris diſpoſitionem,ſeu ordinationem: & tunc aduerte:quia nõ ſequor ordinem Petr.diuiduum poteſt dici tribus modis. Vno modo diuiduum quod recipit partes multiplicatiuas:puta dimidiam,tertiam,quartam,& ſic pro diuiſo. Alio modo dicitur diuiduum in quaſdam partes iuridicas.ſ.proprietatem,& vſumfructum. Tertio modo dicitur diuidua,id eſt ſeparabilis in partes diſcretas.Primo modo vnaquęq; res dicitur diuidua:iſta eñ pars pro

diuiſo ex quocunq; contractu põt induci:vt j.de ſtipu.ſer.l. ſeruus cõis.& ſic ſ.de acqui.pof.l.locus.j.reſponſo. & patet per totũ titu.fam.ercſ.& cõi diui.Secũdo modo quælibet res corporalis dicitur diuidua,niſi ſit talis quæ vſu cõſumatur:vt ſ.de viu. ea.re.quæ vſu.cõſumunt̃ l.j.& ij.Tertio modo dicit Pet.quælibet res corporalis eſt diuidua regulariter:vt ff.& C.cõi diui. & fallit in caſibus ſecundũ eũ. Primò rõne incõmoditatis,quæ ſequereꝰ ex diuiſione:vt inſtit.de offi.iudi.§.q̃ ſi cõmodè.C.cõi.di.l.j. & ij.& de don.l.ſancimus.§.finaũt hoc. Secundò propter legis prohibitionem:vt in prædio pupillorũ: vt ſ. de re.eo.l.ſi pupillorũ. Idem intellígit de prohibitione teſtatoris,cuiusvoluntas eſt lex: vt in auth.de nup. §. diſponat. Ad qđ facit qđ no. C. de condi. ob cau.l.ea lege.Tertiò fallit ratione cõuẽtionis:vt ſ.cõi diui.l.in hoc iudiciũ.§.ſi cõueniat.Quartò ratione præſcriptiõis:vt C. de anna.excep.l.j.§.ad hæc. Ita dicit Pet.hęc ſunt verba gloſ. C. cõi diui.l.fi.quę in quibuſdã nõ ſunt vera. Vnde dic vt ibi no.Cy.&

19 in legibus,ad quas remittit. †Iuxta prędicta dubitatur,qualiter fiat iſta diuiſio,ſeu ſeparatio.Reſponde,quædã ſunt quæ nõ habent certos fines à natura:vt fundus:& in iſtis fit diuiſio deſtinatione patriſfamilias. Quædã habent certos fines facto hominis: vt domus:& in iſtis fit diuiſio pariete in medio interiecto:vt l.ſi quis duas.§.ſi quis partẽ.cõ.prædi.Quędã ſunt,quæ habẽt fines à natura,vt lignũ,& ſimi.& in iſtis fit diuiſio ſi arbor ſcindatur:

20 vt l.rerũ miſtura.ſ.de vſufc. de le.iij.l.ligni.Itẽ dubitatur, † vtrũ vna res poſsit poſsideri ꝑ diuiſo à pluribus,ita q̃ remaneat vna. Breuiter quicquid dicat Pet.nos habemus gl.ſ.de verb.ſigni.l.re crẽ dicimus.§.fin.q̃ põt poſsideri pro diuiſo,& remanet vna res ex volũtate diuidẽtiũ.Pro hoc facit de leg.ij.l.Caius.§.j.Hoc ſic credo debere intelligi,q̃ in his quæ recípiũt diuiſionẽ deſtinatio ne patriſfamilias,oportet q̃ conſtet de voluntate. In his verò,in quibus non fit diuiſio niſi pariete interpoſito, procedit de facili. Pone exemplũ. In ampla domo,ego poſſum poſsidere vnã partẽ verſus Orientẽ,tu aliã verſus Occidentẽ:& tamen erit vna domus,niſi paries ponatur in medio:vt ſ.de dam.infec. l.ſi finita.§. ex hoc edicto. In eo verò quod nõ recipit diuiſionẽ,niſi per ſciſſionẽ,procedit de facili:vt ſ.cõi di.l.arbor.ſ.de acqui.re.do. l.pro regione. Vtrum autem iſtud ſit vna res,vel plures,vtile eſt ſcire. Primò ꝑpter acquiſitionem poſſeſsionis.Nam ad poſſeſsionem acquirendã ſufficit ingredi partẽ vnius rei.Sed ſi ſunt plures res, debet ingredi omnes:vt ſ.de acquir.poſ. l.iij.ij.rñſo. quod no.per Dy.extra,de reg.iur.c.j.in iiij.q.lib.vj.Itẽ eſt vtile:quia ſi ſunt plures,poteſt in vna agnoſci legatũ.& in alia repudiari:ſecus ſi eſſet

21 vna.ſ.de leg.ij.l.iiij.& v. †Secundò quæro,qualiter incorporalia dicantur diuidua,& qualiter indiuidua, puta in actione, & obligatione,& ſimilibus. Ad quod dico,q̃ ſi quæris vtrũ ſint diuidua ſecundũ naturã,facilis eſt reſponſio. Cùm enim nõ poſsit videri,nec tangi:per conſequens nec diuidi:vt Inſtitu.de re.cor. & incor.§.incorporales.& h.d.Dyn.j.de fideiuſ.l.Græcè.§.illud. in fi.magnę additionis.Si verò quęris ſecundum iuris ordinationem:tunc dico,q̃ dicuntur diuiduæ, & indiuiduæ, ſecundũ naturam eorum quæ in actione,& obligatione deueniunt.Ita ſentit glo.in §.Cato.vt ibi dixi.& ibi per Dy.de hoc. Et quia in obligatione,quandoq; eſt dare factum:quandoq; ſeruitutes:ideo de

22 ſingulis videamus.Et primò, † quando in obligatione eſt rem dari:tunc quandoq; debetur quantitas:& iſta obligatio eſt diuidua quo ad effectum diſtributionis : quia diuiditur inter hæredes.Item quo ad effectum ſolutionis, & liberationis:quia partis ſolutio affert liberationem:vt ſ.eo.l.iij.§.j.j.eo.l.in executione.§.j. Sed dicitur indiuidua quo ad pœnæ commiſsionem:quia pro minima parte non ſoluta committitur pœna in totũm:vt ſ. eod.l.v.

23 §.fin.Quandoq; † debetur ſpecies certa:tunc iſta obligatio diui-
a ditur inter hæredes ª. Item dicitur diuidua quo ad petitionem, & ſolutionem:vt j.de ſolutio.l.ſi ſtipulatus.§.j.Hoc tamen intelige ſi ſoluatur pars certa pro diuiſo:vel certa portio pro indiuiſo.Si verò ſolueretur certa pars,puta vſusfructus, vel nuda proprietas:tũc in nulla parte cõtingeret liberatio:vt j.eo.l.ſi ita ſtipulatus fuero,ſi Titius.§.j.& quo ad hũc modũ dicit indiuidua.Itẽ quo ad pœnę commiſsionẽ dicitur etiã indiuidua:quia ſi pars nõ ſoluitur,pœna committitur inſolidum:vt l.in executione.§.pen. j.eod.Mar.tamen dicebat,quod pro parte obſtat exceptio quod

24 dic vt plenè dixi in §.Cato. Quandoq; †debetur ſpecies in genere vel alternatiuè:tunc dicitur obligatio diuidua quo ad effectũ diſtributionis:quia quilibet hæredum tenetur pro parte. Item quo ad effectum petitionis:quia pro parte tantum debet peti: ſed quo ad effectum ſolutionis dicitur indiuidua:quia niſi tota res integra ſoluaꝰ,non contingit tota liberatio:ſ.eod.l.ij.§.j.& l.in executione.§.pro parte.& ibi patet ratio. Inter tamen obligationẽ in genere,& alternatiuè contractã eſt aliqua differentia:vt not. Dy.in.d.l.ij.§.j.ſ.eo.Itẽ aduerte:quia dicta obligatio in genere,vel alternatiua,vel dicitur indiuidua quo ad effectũ liberatiõis cõ ſequendæ per ſolutionem. Sed ſi liberatio contingeret alio modo,puta per acceptilationem,vel per ſententiã abſolutoriam: tũc diceretur diuidua quo ad effectum liberationis:vt j.de accep.l.qui hominem. Ita debet intelligi §.eod.l.ij.§.ſi tamen hominem. Ratio,quia quãdo ſoluitur,ideo partis præſtatione non liberatur:ne partes ſoluantur in diuerſis rebus:vt d.l.in executione.§.pro parte. Sed quando cui accepto fertur,vel in parte abſoluitur, ceſſat prædicta ratio. ideo &c.ſecundum Pet.licet glo.malè in-

25 tellexit d.l.qui hominem. †Tertiò quæro vtrũ obligatio facti dicatur diuidua,vel indiuidua. Ad hoc ſciẽdum,eſt videre,vtrum ipſum factum ſit diuiduum vel non. Ad hoc dico,aut quæris vtrum ſint diuidua ſecundum naturam : & tunc antequam ſint facta,non ſunt in rerum natura:& ſic nõ poteſt diuidi quod non eſt:vt ſ.de iniuſt.rup.teſta.l.nam & ſi.§.j.et j.eod.l.decem. Si quæris poſtquam ſunt facta:tunc eſt ſublata obligatio:tamen vtrum ſint diuidua de natura,dicas. Aut ex facto reſultat certum corpus,puta inſula ædificata:tunc dicvt in rebus corporalibus,vt ſ.dictum eſt. Quandoq; ex facto non reſultat corpus certũ:vt puta ſi defendit, ſi ratum habuerit:tũc qa eſt incorporale,non diuidit ſecũdum naturam. Si verò quæris ſecundũ iuris ordinationẽ: tũc aut ſunt plura facta,& diuidũtur numero:vt ſupra eod.l.in ſtipulationibus.§.operarũ. quod intelige ſi ſunt eiuſdem qualitatis:alias ſecus:vt dixi ſ.in nono contrario. Si verò eſt vnum factum:tunc Pet.tradidit talẽ regulam: Quando eſt tale factum,quod ſi pro parte impleatur,affert tantam vtilitatem reſpectu partis, quantam afferret ſi totum compleretur reſpectu totius:& tũc factum diuiduum dicitur: vt rem ratam haberi, amplius non agi:vt in §. Cato. Sed quando pro parte impletur,& non affert tantam vtilitatem reſpectu partis, quantam totum reſpectu totius:tunc dicitur factum indiuiduũ: vt in lege noſtra. Iſta regula ſine dubio congruit exemplis alíquibus legis noſtræ:puta inſulam fabricari,foſſam fodi,& ſimil. Nam cùm ex ſui conſummatione recipiant formam ſ. ad legem Falcidiam.l.ſi is qui.§.quædam.qui non facit totum, nil facere videtur. Item tota domus perfecta defendit à pluuia, & vento. Si faceres partem,puta parietem ſine tecto, vel tectum ſine parietibus, non defenderet à pluuia & vento. Sed tamen iſtud videꝰ contra vnũ exemplũ hic poſitũ,ſcilicet fundum tradi.Nam ſi pro parte tradatur tantam vtilitatem afferret reſpectu partis, quantam totũ reſpectu totius,& tamen hic dicitur indiuiduũ factũ.Poſſes dicere q̃ partis præſtatio non affert tantam commoditatem. Nam traditur in communione,quæ cõmunio multa parit incommoda:vt l.cùm pater.§.dulciſſimis.ſ.de leg.ij. l.ſi non ſortem.§.ſi centum.de conditio.indebi. Sed alia ratio eſt, quare fundum tradi, dicitur indiuiduum factum : ſcilicet quia ſi poſſet præſtare partem fundi, poſtea præſtaretur in alia parte intereſſe:& ſic fieret ſolutio in diuerſis rebus . quod ius nõ patitur:vt infra eod.l.in executione.§.pro parte. Vt omnis ergo ceſſet dubietas, ſic forma regulas. Illud factum dicitur diuiduum,quod pro parte impletum non affert tantam vtilitatem reſpectu partis,quantam totum reſpectu totius:vt patet in exemplo,inſulam ædificari,foſſam fodi, Romam iri,& ſimilia. Iſtud probatur ad textum infra.eodem.l. in executione.§. ſecunda.ibi: quia operis effectus. &c. Item illud factum dicitur indiuiduum,quod ſi pro parte fiat, & pro parte intereſſe præſtetur, in diuerſis ſolutionibus fieret. Hoc patet in exemplo, fundum

¶ Diuidit inter hæredes. Adde q̃ Ang. & Imo.in l.in executione.hic alleg.limitant ſore verum,niſi teſtator legaret mille pro capella cõſtruenda:quia tũc quilibet hæredũ teneretꝰ inſolidũ,per tex.in l. fideicõ.§.pe.de lega. iij.qa darevenit propter factũ indiuiduũ ſ.ꝓpter operas capellæ.Tamẽ Barto.ibi vult,q̃ ſi teſtator dixerit,lego mille ec. cleſiæ,pro tali operę cõſtruendo:q̃ hæredes ſolũ ſint obligati hęreditaria portione:qa non ſunt obligati ad factũ, ſed ad dandũ. Vnde dixit Alex.cõſiderãdum, an onus faciendi iũgatur hæredi,& procedat opi. Ange. & an iũgatur onus dandi: & procedit opinio Bart.per text.in d.§.penul.

tradi. Et facit j. eo. l. in executione. §. pro parte. & j. etiam probabo. Et prædictæ regulæ sunt veræ alternatiuę: quia quælibet per se est vera. Sed circa facta diuidua, do vnā regulam copulatiuē: Illud dicitur factum diuiduum, quod pro parte impletum affert tantam vtilitatem respectu partis, quantam totum respectu totius: & si pro parte fiat, & pro parte interesse præstetur, in eadem re contingit solutio. Istam regulam probo. Non est dubiū quòd qui tenetur ad restituendum, tenetur ad factum. Pone ergo: aliquis tenetur ad restituendum sacculum pecuniæ: istud factum dicitur diuiduū: quia si pro parte implet, pro parte soluit interesse. semper habeo idem, scilicet pecuniam quæ in suo genere recipit functionem. Sed pone, tenebar ad restituendam certam speciem, non dicitur factum diuiduū: quia si pro parte fiat præstatio interesse, contingeret solutio in diuersis rebus. Hoc probatur ſ. depo. l. j. §. si pecunia. & l. si duo. & sic intelligo §. Cato. stipulatio amplius nō agi, actio ex mutuo, vel alia, quę cōtinet pecuniā si pro parte impleatur: quia nō agitur ad pecuniā hāc, quia apud me remanet: sed pro parte ago ad interesse: & pecuniā semper cōsequor. Sed si actio continet speciē, ita q; deueniatur ad illud incōueniens, quòd quis haberet partē speciei & ptē pecuniæ: tūc illam iudicarem stipulationē indiuiduam, per ea quæ dicta sunt in l. in executione. §. pro parte. j. eo. Idem per omnia dico in stipulatione rem ratam haberi. Dico ergo quòd illa facta quæ sunt indiuidua ex regula prædicta, sunt indiuidua quo ad obligationem, solutionem, & pœnæ commissionem: & inter hæredes nō diuiduntur: quia quilibet tenetur in solidum. Fallit in obligatione rem restitui, quæ dicitur indiuidua solum quo ad solutionem: vt plenè dixi in octauo contrario. Illa verò facta quæ apparent esse diuidua, ex regula prædicta dicuntur diuidua, quo ad omnia, scilicet quo ad effectum distributionis inter hæredes, petitionis, solutionis. item quo ad pœnæ commissionem, quantum ad ipsos hæredes: sed quo ad ipsum principalem dicuntur indiui
26 dua commissionis pœnæ: vt in §. Cato. in fine. †Quartò quæro de indiuiduitate seruitutum: Aut quæritur, vtrū sint diuiduæ secundum naturam: & tunc non sunt diuiduæ: quia incorporales: siue eas consideres per se, siue prout insunt in fundo: quia cū tota seruitus sit in toto, & tota in parte, vt ſ. dixi: diuiso fundo, non diuiditur seruitus: licet Pet. dicat contrarium. Instrumentū autem, quo quis vtitur seruitute, potest esse diuiduū: vt dixi circa contraria. Si verò quæris, vtrum sint diuiduæ secundum iuris ordinationē. Rñ. regula est, q; omnes seruitutes sunt indiuiduæ: vt hac lege, excepto vsufructu: vt ſ. ad le. Fal. l. j. §. si vsusfructus. Sed j. ti. ij. l. si cū duorū. videtur no. q; vsusfructus sit indiuiduus: sed illud verū secūdum naturam: secus secūdum iuris ordinationem, vt ibi in alia opi. & ſ. dixi. Qualiter autem seruitutes reales
d ❡ Mādator præcedit. Quid si nō apparet q̄s primo et quis post? Barto.in l.ij.§. prius.de vulga. & pup.et Imo. in leg. Marcellus.j.e.ī apostil.mag.vbi habes, q̄n nō apparet quis fuerit obligatus vt fideiussor et de materia.habes gloss. in authen. de fideius.in §.j.vbi de istis et de expromissore, vide text.in l.quod si non soluere.s̄.de pign. acti. Et fidiussor dicit̄ expromissor.l.in omnibus.et ibi gl.et Bar.j.de sol. Et q̄s sit fideiussor.et quot oriātur obligatiōes ex fideiusiōe,dic vt p̱ Bar.in l.reos.ī pri. s̄.de duo re. vbi etiā ponit de titulo mandati.circa idē.in prī. vide bonā glo.in auth.de fideiuss.in prī. Quæ aūt sit differentia inter fideiussorē & mādatorē,vide ī l.stipulationū aliæ.ī §.stipulatio. de ver. obl. Et quis dicatur spōsor, vel ꝓmissor idēnitatis,vide Bar. in l.pōt.j.e. Et nūq̄d fideiussor de iudicio sisti vel de represētādo aliquē dicatur ꝓprie fideiussor, vide in rubr.post gl.ij. C.eo.et ibi dicit, q̄ oēs isti habent beneficiū diuisionis. An. in leg.v.§.j.supra de verbo.oblig. in l. si quis ex his.ff.qui satisd.cog. Et an in dictis constitutionibus habeat locum beneficiū diuisionis dic vt l.fi. s̄.de cōsti.pec. Vnū adde quod dixi in l. Lucius.j.e. Et de modis ītercedēdi,vide tex.et ibi Pau.de Ca.in l. Lucius. j .e. alleg.gl.in l.in p̱sonam.s̄.de pact.

vnus iubet,et aliū nominat:& tūc dic vt dixi in d.l.seruus cōis sic.supra eo. Et idē dicerē ī institore pluriū mercatorū vnius societatis,vt si nominati respectu aliquorū ex societate cōtrahit,vel interueniente spāli iussu aliquorū,q̄ illis solis q̄rat̄. Q̄nque seruus stipulatur nominatim nominibus ꝓprijs & appellatiuis:& tūc aut exprimūtur nomina ꝓpria et appellatiua eorūdē,aut noīa ꝓpria quorundā,& aliorū appellatiua:aut quorūdā ꝓpria,et omnia appellatiua. Primo casu habet locū distinctio huius legis,vt distinguamus qđ p̄cedat,nisi interueniat aliqua de p̄sumptiōibus supra dictis. Scđo casu, nominato noīe ꝓprio acq̄rūtur viriles:noīato noīe. appellatiuo acq̄runt̄ ꝓ portiōib⁹ dn̄icis: arg. s̄.e. l.proinde in principio. Tertio casu quando aliquibus nominatim nomine ꝓprio,& alijs noīatim noīe appellatiuo: & tūc fiet diuisio eo mō quo dicitur s̄.e.l. si seruus cōis.q̄ noīati hn̄t suas p̱tes viriles,et oēs dn̄i hn̄t vnā virilē,ad quā vocabūtur ēt noīati ꝓ portiōibus dn̄icis,vt ibi
4 patet. Et ista faciūt †ad q̄ōnē secūdū cōsuetudinē et fere totius Italiæ ī libris,cū l̄ris mercatorū vn⁹ noīat̄ noīe ꝓprio,oēs alij noīe appellatiuo hoc mō: Titius & socij talis societatis,&c. Nā vr̄ q̄ ex virtute ta
a liū verborū,ille noīatus teneatur[a],& sibi acq̄ratur ꝓ dimidia,alijs omnibus pro portiōibus societatis. Tñ puto sic dđm q̄ ex virtute dictorū verborū quatenus cōtinet cōtractu,ex quo dicti mercatores đbeāt obligari:si quidē ageret̄ institoria, q̄libet tenet̄ insolidū,quasi p̱ illū oēs negotiatiōes exerceāt:vt supra de exer.l.iiij.ī pri. ibi:sed si plures &c. Si vero in dicta scriptura cōtinet̄ totū,ex quo eis mercatoribus debet obligatio q̄ri: tūc rigor verborū īportat illud qđ s̄.dixi in seruis stipulatoribus:æq̄tas tñ.et vsus cōis suggerit cōtrariū. Nā ille vnus qui noīatur, non ad hoc nominat̄ vt sibi magis q̄ratur,sed vt ostēdatur q̄ ille societatis caput obtinet. Et ideo forsam dicendū est q̄ omnibus q̄
5 reret̄ ꝓportiōibus societatis.† Scđo q̄ro q̄n est vnus seruus,in quo habēt plures vsumfructū,qualiter stipulando,vel aliter acquirēdo acquirit? Dic, aut acquirit ex opera sua.aut aliunde. Primo casu,aut acquirit simpliciter nemine iubēte,et neminē nominādo,et idē qđ supra dictū est in pluribus dn̄is. Si vero stipulat̄ noīati, vel aliquo iubente:dic vt in gl. Si vero vnus iubet,et alium nominat:dic vt supra dixi in pluribus dominis. Si vero stipulat̄ vel acquirit ex re domini,vel aliūde,nō ex re fructuariorum:similiter dic vt in gl. Et p̄
b 6 dicta[b] sūt vtilia †ad q̄ōnem de monacho, cui commissum est regimē alicuius ecclesiæ ab Abbate suo. Nā illđ qđ dictus monach⁹ q̄rit ex re ecclesiæ quā regit,vel ex op̄a sua, q̄rit illi ecclesię quam regit: cū p̄dicta ecclesia posit dici quodā modo fructuaria dicti monachi. Ipsi enim ecclesiæ debet monachus operari. Si vero quæreret aliūde:tūc quæreretur ecclesiæ principali,cuius est monachus,& sub cuius obediētia durat. Et si esset præpositus regimini duarum ecclesiarū: dicerē idē quod in seruo,in quo habēt plures vsumfructū. Et probat̄ extra.de offi ordi.c.præsenti.lib.vj.nisi ex causa authoritate Abbatis posset cōuerti in vtilitatē monasterij:vt extra.de offic.ord.c.quāto. Et prædicta intelligas vera,nisi trāsferat̄ ad regimē alterius ecclesię,taliter q̄ liberaret̄ ab obediētia primi monasterij,& Abbatis ipsius:tūc enim illi ecclesię,in quā trāsfert̄, omnino quæreret̄:vt extra,de priui.c.cū olim.& ibi per Innoc. & alios doc.& xviij.q.j.c.statutū. Tertio quæro,quid si seruus vnius,ab aliquo,vel ab aliquibus bona fide posside t̄:& aliquid stipulatur,vel acquirit:cui acquiret̄. Dic vt in gl.hic,& l.si alienus seruus.s̄.eo.& l.liber homo.in princ.s̄.eo. Et prædicta sunt vtilia ad q.de eo qui vere est monachus vnius monasterij:& ab alio monasterio bona fide tanq̄ monachus retinet̄:vt eodē modo acquirat ea quæ quærit:secundū quod dicimus in seruo bona fide possesso. Omnia enim quæ de acquisitione seruorū dicūtur,possunt intelligi de acquisitione quæ fit p̱ monachū:vt no. Inno.in d.c.cum olim.extra,de priui. Sin autem mala fide detinetur:tunc absq̄ dubio detinenti non quæreretur:sed monasterio quæreretur,cuius vere est monachus:vt s̄.eod.l.si seruus testamento.& l.seruus meus. Quarto quæro,quid in libero homine,si ab aliquo posideatur vt seruus? Dic vt in l.liber homo. s̄.eodem. Et idem dicerem de eo q̄, vere non est monachus, tamen vt monachus ab aliquo monasterio detinetur,per ea quæ dicta sunt. Quinto quæro, quid de eo qui est monachus, tamen nullius monasterij? Respondeo qualiter potest hoc contingere:& quid iuris sit:dic vt dixi supra l.proxima.

1 ☞ *Donatio,vel venditio facta ab aliquo de omnibus suis bonis,qui postea cōmisit delictum,ob quod bona debent publicari,præsumitur fraudulosa.*

QVicquid. Licet stipulatio serui, & filij cōferatur in tempus existētiæ sui iuris,nihilominus patri & domino quæritur.h.d. Opp.de l.quæ legata.j.de re.iur. Sol. Aliud in legatis:aliud in cōtractibus. Di
c cit̄ hic:si tamē dolo malo,quid in dubio[c]? Dicit glo.q̄ in dubio p̄sumitur dolo malo. Facit s̄.de pecu.l.summa cum ratione.in
1 prin. Et per istam legem dico.† q̄ si vendo tibi,vel dono omnia bona mea,si cōtingat me cōmittere aliquod maleficiū ꝓpter qđ bona publicari debeant:certe præcedens donatio vel alienatio videt̄ facta dolo,vt hic. Dico plene in l.post cōtractū.s̄.de don.

Vlti.quæro,q̄ūo potest esse q̄ nō sit facta dolo malo. Et q̄ dolus non præsumitur,habes l.in l.quidā cum filiū s̄.de hære.insti.

De fideiussoribus & mandatoribus. *Rubrica.*

1 ☞ *Fideiussor & mandator in quo distent.*

1 † Quærit glossa quæ differentia inter fideiussorem & mandatorem. Dicit glossa quod fideiussor semper sequitur:manda
d tor præcedit[d]:vt in glossa. Sed hoc videtur contra l.penul.& l. stipulatus.j.eo.sed Dy.sustinet hoc modo, Si consideras modū obligationis contrahendæ: & tunc ante, & post potest accipi. Si consideras conueniendi effectū: & tunc non potest,nisi post effectum obligationis principalis cōueniri. Quæ est ergo differentia? Et dic,fideius.ante & post:mandator ante:vt in aut̄.eo. post princi.& l.si vero.§.si post creditam.s̄.manda. Item fideiussor obligatur verbis tantum:vt l.si hæreditatem.§.j.s̄.man.& l. blanditus.C.eo.& l.v.§.satisacceptio.s̄.de verb.obli. Item mandator consensu:vt l.si hæreditatem.§.j.s̄.mand. Item fideiussor actione stricti iuris ex stipulatu tenetur:mandator vero ex bonæ fidei iudicio:vt in dicta differentia apparet. Quæro,quid vult dicere rubrica dum dicit,de fideiussoribus,& mandatoribus. Dicebat Roge.i.de fideiussoribus mādatorum.quasi dicat de fideiussoribus,& de his,pro quibus quis fideiubet:qui dicuntur mandatores. Sed glo.non stat in ista:& merito:quia de contractu mandati inter fideiussorem & principalem tractatur in ti.s̄.man.non hic. Vnde dic vt in glo.& probatur j.eo.l.si mandato meo.& l. Vranius.

1 ☞ *Fideiussor potest accedere obligationi,quæ ex maleficio nascitur.*
2 *Obligationi naturali fideiussor accedit,nisi sit penitus extincta.*

Ciuili obligationi quando posit fideiussor accedere.
Ciuilis obligatio tantum quod nascatur ex sententia.

LEX I.

OMni obligationi. Omni obligationi,& ciuili & naturali potest accedere fideiussor.h.d.cum l.seq. Opp.j.eo.l.cum leg. & l.non dubium.C.de legi. Sol. Ibi nulla est obligatio:quia lex resistit:hic subest obligatio secundum gl.& Iac.de Are. Opp.de l.j.C.ne fideius.do.den. Solue quod ibi fallit.& hic ponit genera singulorum,nō singula generum:quia omni obligatio
1 ni accedit,non singulis obligationibus. †Quæro,an obligationi quæ ex maleficio nascitur posit fideiussor accedere. Gl. dicit quod sic,nō allegat. Probatur in l.Græce.§.sed & si ex delicto.& l.si à reo.§.fina.j.eo.titu. Glos.not.in §.j. Institu.eodem.
2 †Secundo quæro,an obligationi naturali tantum posit accedere fideiussor? Certe sic,vt hic,& l.ij.& l.fideiussor.§.ij.& l. Marcellus.j.eo.quod intellige,nisi esset talis naturalis,cuius ef
3 fectus esset extinctus: vt j.eo.l.si quis postquam. †Quæro,
a an ciuili[a] obligationi posit accedere fideiussor. Et glos.dicit q̄ sic.C.de non nu.pec.l.si cui. Contrariam glo.habes in l.si stipulatus.j.eodem. Aduerte,do.Dyn.dicit melius quam Pe. Quædam est obligatio ciuilis,quæ habet effectū exactionis,vt obligatio ex sententia:ista habet vinculum ciuile,non naturale:vt l. Iulianus.de condi.inde.licet quidam dicant q̄ etiam naturale, si non appellatur vt l.ab eo.C.quomodo & quando iudex. Sed communis opi.est q̄ ciuilis tātum nascatur:& in hoc potest interuenire fideiussor:vt l.iiij.§.si ex conuentione.s̄.de re iud.& .j eo.l.Græce.§.& post litē. Quędam est,quæ nō habet actionē: quia reus habet exceptionē non numeratæ pecuniæ:& nō pōt accedere fideiussor:vt l.si stipulatus.j.eo.ti.& ibi nota q̄ intellige in effectu:quia ipso iure teneretur:sed habet exceptionem,sicut ipse principalis:vt no.gl.j.eo.l.fideiussor.§.fideius.& Insti. eo.ti.§.j.et ibi gl.exprimit q̄ fideiussor habet illam exceptionē, quā habet principalis. Sed contra prædicta opp.quia videt̄ cōtra l.iij.§.j.s̄.de cōsti.pecu. Sol. Si actio ciuilis subest,naturalis vero de iure prætorio est sublata:pōt fideiussor accedere per stipulationem:sed ei cōpetit exceptio,quæ & principali:sed constitui non potest. Ratio est:quia constitutio fuit inducta ex edicto prætoris:sed vbi non est debitum de iure prætorio,tūc constitui non potest:vt in cōtrario. Facit §.de cōsti. Instit.de actio.

Quæro an pro eo qui tenetur officio iudicis,posit accedere fideiussor. Dicam j.eo.l. Marcellus.

1 ☞ *Pupillus ex contractu commodati & depositi qualiter teneatur, & fideiussor accedat.*
2 *Seruus obligatur naturaliter in omnibus casibus,in quibus liber obligatur ciuiliter & naturaliter.*

LEX II.

1 ET commodati. †Quæro, qualiter ex cōtractu depositi:& commodati, teneatur pupillus? Et dicit glos.q̄ si dolo fecit,q̄ tunc teneatur naturaliter,& ciuiliter:vt l.j.§.an in pupillum.s̄.depo. & si est factus locupletior:vt l.iij.in princ.s̄.commo.& indistincte fideiussor tenetur. Sed quid si nō dolum,sed culpā cōmisit? Et dicit gl.q̄ in cōmodato tenetur naturaliter propter culpam in deposito non tenetur naturaliter propter culpam,nisi ex dolo. Quid vult dicere ista gl. Vos habetis vnā regulā,q̄ in quib⁹ maior tenet̄ naturaliter & ciuiliter,ī illis pupillus tenet̄ naturaliter tm̄:vt j.ti.j.l.j.& dicā ibi,q̄ in cōmodato maior tenet̄ de lata & leui culpa ciuiliter,& naturaliter:ergo minor tenetur de lata.& leui naturaliter tantum eodem modo:sed fideiussor tenetur ciuiliter:in deposito maioris nō tenetur nisi ex dolo: & per consequens fideiussor:sed certe in deposito venit etiam culpa latior & culpa lata:vt s̄.deposi.l.quod nerua.& C.deposi.l.j.& istis casibus pupillus tenetur naturaliter,& etiam fideiussor ac
2 cedit. †Quæro quid de seruo? Respon.idem secundū glo.regula est,q̄ in omnibus,in quibus liber homo obligatur naturaliter,et ciuiliter,seruus obligatur naturaliter tantū. Probatur de pecu.l.non solum.§.fi. Quæro,quādo commodum est pupillo,qualiter tenetur fideiussor? Rn̄.in cōmodato duæ contrahuntur obligationes. Vna est principalis ad rem restituendā: & in ista principalis tenetur,si rem habet:quia in hoc locupletior dicitur.l.iij.in princ,s̄,commo.& l.depositi.s̄.de pecu. Item dolo facit,si rem,quā habet nō reddit.l.j.§.fi.de po.& eodē modo tenebit̄ fideiussor. Quędam est obligatio,quæ cōtrahitur secūdario,ratione doli,vel culpæ admissæ,circa rei deteriorationē:& in ista principalis tenetur naturaliter,ratione doli vel culpæ: merito etiā fideiussor eadē ratione tenebitur.l.fideiussor obligari.s̄.j.j.eo.in deposito vero circa obligationē principalē ad rē restituendā,idē quod s̄.per easdē leges.sed in obligatione accessoria principalis depositarius solum de dolo,& lata culpa tenetur:eodem modo fideiussor:quia non pōt teneri in plus,q̄ principalis:vt l.Græce.§. illud.j.eo.Bar.

1 ☞ *Conditio,quæ non potest de iure impleri,sufficit si de facto impleatur.*
2 *Fideiussor qui de facto conueniri non potest,de iure sic,dicitur de iure conueniri non posse.*
3 *Actio de peculio ex facto serui datur,si fideiussit in causa peculiari.*
4 *Actio de peculio quibus casibus detur propter contractum filijfamilias,& quid sit hoc dicere.*
5 *Mulier fideiubens non iuuatur Velleiano ipso iure,sed ope exceptionis.*
6 *Recipiens ignoranter fideiussorem inhabilem,sibi non præiudicat.*
7 *Dans fideiussorem inhabilem,vt dicatur satisfecisse,an distinguatur siue sciuerit siue ignorauerit,& nu.9.*
8 *Ignorantia iuris,& non facti,an hoc casu toleratur.*
10 *Mulier potest Velleiano renunciare.*
11 *Qui tenetur dare fideiussorem,dando clericum liberetur, dummodo non det de iudicio sisti.*
12 *Qui dedit fideiussorem,qui effectus est non soluendo, tenetur iterum satisdare.*

LEX III.

b QVi satisdare. [b]Qui dat reum illū, qui non potest conueniri,vel non est spes vt fiat idoneus,statu mutato non videtur satisdare.alias secus.hoc dicit. Dicitur hic q̄ non sufficit satisdare de facto. Contra de l.Meuius.s̄.de cōdi.& demō.
1 Gl.nō soluit. Sed dic,†ibi erat talis conditio,quæ de iure impleri non potest: vnde sufficit si de facto fiat.l.mulier.§.pe.s̄.de condi.insti.hic poterat impleri de iure. Dyn.hic dicit q̄ debet dari fideiussor qui posit
2 conueniri,& obligari. †Quæro quid si dat aliquē,qui posset de iure,sed non de facto conueniri? Gl.dicit q̄ videtur,ac si de iure non posset conueniri:vt l.ij.in princi.s̄.qui satisda.cogā.&
3 ibi gl. †Quæro,in quibus casibus detur actio de peculio ex facto serui? Breuiter,si in causa peculiari fideiubet,tenetur:alias
4 non:vt l.licet.§.ij.s̄.de peculio. †Quæro,in quibus casibus actio de peculio detur,propter contractum filij.dic vt in gloss.

Sed quæro,quid hoc est dicere? quia video q̄ filiusfami.obligatur ex contractu suo ciuiliter,& naturaliter:vt l.filius.C.eo. & l.licet.§.si filius.s̄.de pac.quid ergo ad rumbum,si non habet peculium:quia idem est in eo quod in debitore,qui non est soluendo.breuiter,Iaco.de Are.dicit q̄ aliud est in filio q̄ in alio debitore:quia rōne pristini status non potest præsumi q̄ posset effici diues:cū secūdū ista tēpora acquireret patri hodie quo ad vsumfructū:in alio est spes q̄ fiet diues:vt l.si defunctus.C.artu.l.cur.§,deficiētium.j.de muneri.& ho. Dicitur hic,q̄ mulier
5 iuuatur Velleiano. †Quæro,an ipso iure sit tuta? Gl.dicit q̄ tenet̄:sed ope exceptiōis fiet tuta. Vide gl.quæ incipit,hæc nō tenet̄.cōtrariā gl.habes C.de repu.quæ fiunt in iudicio.l.j. Ista gl.hic est vera. Probat̄ per tex.l.si mulier in iure.ad Velleia.& l.Stichū aut Pamphilū.j.de solu.§.aliq̄n. Hodie fallit in casibus
6 positis in l.antiquæ.C.ad Velleia. †Quæro,hic dicitur comprobauit,&c.an idem sit si sciuerit,siue ignorauerit. Et glos.di
d cit hic,maxime si sciuit[d].quasi dicat,siue sciuerit,siue ignorauerit,idē. Cōtra no.& melius in l.inter causa.§.abesse.s̄.mā.& in l.si is à quo.§.fi.s̄.vt in possesio.leg.& tex.& gl.in l.si quis stipu

a ❡ Quæro an ciuili. Vide Bal.ī d.l.si cui.& quæ est ratio quare nō potest quis cōstituere ciuiliter tantum,debitū habes l.j.§.debitum.de constituta pecunia.vide ipse no.

b ❡ Qui satisdare. An idem sit,& an sit verū siue scit,siue ignorat. An autem ista distictio habeat locū, vide elegāter Bar.in l.si cū dotem.§.si mulier.j.sol.mat.& Ange.in l.qui debitorē. post gloss. Imo.vero sub dubio ī dicto §. si mulier.dicit,quod ista differētia procedit in fideiussore: secuius delegāte per l. īter causas.§.abesse. s̄.māda. Forte tamē ī causa dotis,dicit locū habere illā legē. vel dic,§.si mulier. bene dixit,q̄ ex iusta ignorātia posset pati restitutionē in integrū ex clausula, si qua mihi.arg.l.j.in fi.& in l.sed & si per prætorē.§.hæc clausula.ff.ex quib.causis maiores. Sed teneas opin.Bar.per l. promittēdo.§.si à debitore.ī verbo,sciēs. à contrario sensu de iure dotiū. Sed Pau.de Cast.fuit ibi in alia opi.quā vide ibi per eū.quæ parū valet. Idem tenet Bart. in l.Mæuia.in prin. sol.mat.

c ❡ Si sciuit. In dubio tñ præsumitur creditorem sciuisse illum fuisse inopem:argu. text.in l.qui cū alio. ff.de reg.iur. Et hoc no.voluit Ang.in l. j.s̄.si quis cau.

latus sit Stichũ aut Pãphilũ.§.fi.ś. de ver.
obl.s.ꝙ nõ præiudicatur ignorãti. & hoc
tenet Dy.Facit supra sol.ma.l.si cũ dotẽ.
§.si mulier.et ś.de iur.dot.l.ꝓmittẽdũ.§.si
à debitore.Et hoc cõiter tenent oẽs doc.
7 qđ qualiter ꝓcedat,dicã statim. †Quæ
ro,vtrũ primo casu huius legis, qñ dedit
fideiussorẽ inhabilẽ conueniẽdi facultate
debeat distingui,an qs accepit sciẽter,aut
a ignorãter? De hoc in gl.Hic sũt opinio. [a]
Nã gl.q̃ incipit,sic.ś.&c.dicit,maxime si
ignorãter accepit talẽ.quasi dicat,idẽ siue
sciẽs,siue ignorãs acceperit.et idẽ siue er
rauerit in iure,siue in facto,& hoc in pri-
mo casu legis secũdum quosdã,vt dicitur
8 in vl.gl.hic .†Et no.hic duo mirabilia,ꝙ
tolleratur ignorãtia iuris,sed facti nõ.qua
si dicat,in primo casu errãs in iure,nõ sibi
præiudicat,in secũdo errans ẽt in facto,ꝑ
iudicat sibi.Sed hoc vltimũ nõ est verũ,se
cundũ opi.Dy.et aliorũ,vt supra dixi,et
j.declarabo. Alij dicũt ꝙ ẽt in primo casu
lex debet intelligi de errante in facto, qđ
dic,vt in gl.quid dicemus? Certe gl.quæ
est in l.j.si quis in ius voca.nõ ierit.in fine
secundæ gl.tenet,quod in primo casu hu-
ius legis ẽt in sciente sibi nõ ꝑiudicet.Sed
quæ posset esse rõ? Dicũt quidã Rõ est,
quia in primo casu offenditur lex:in secũ
do casu homo,argu.de iure patrona.l.si li-
bertus.supra de pactis l.ius publicũ. Sed
certe põt bene offendi s.ab eo,in cuius fa-
uorẽ est inducta:vt C.de pac.l.pe.præte-
rea est expressum,quia recipiendo non i-
doneũ eo modo quo dicitur in prima par
te huius legis possum mihi præiudicare,
vt l.si Titius infra.e.ti. Vnde posses assi-
gnare aliam rõnem,quæ colligitur ex l.si
nomen. supra de hære.vel actio.vẽd.Nã
in primo casu huius legis:qui dat talem fi
deiussorem,nil agit,nec debitorem cõsti-
tuit,vt l.debitor.j.de verborum signifi.se
cus si est idoneus facultatibus:quia debi-
torem esse certum est vt d.l.si nomẽ. Sed
hoc vr̃ contra prædictã l.si nomẽ.ibi dum
dicit,nisi aliud cõuenit.et cõtra l.si Titi⁹.
j.e. Quid ergo dicemus. Rñdeo:ꝙ princi
pium huius l.põt intelligi ĩ sciẽte,et igno
rãte.& eodẽ mõ finis princ.prout loquit̃
in ignorãte,planum est prout loquitur in
sciente intelligas de sciẽtia simplici,absq;
dolo creditoris recipiẽtis.Nã si eius do-
lo talis fideiussor intercessisset,sibi præiu
dicaret,vt d.l.si Titius. vel si specialiter
fuerit actũ.alias simplex sciẽtia non noce
ret:vt d.l.si nomẽ.Itẽ finis põt intelligi in
sciente,et secũdũ hoc nõ cõtineret dubi-
tationẽ:vt l. si ab arbitro supra q satis.co.
vbi hoc est expressũ,vt hic.Itẽ põt loq in
ignorãte,& tũc dico ꝙ vr̃ eũ approbare
quo ad hoc,vt amplius nõ possit agere vt
satisdet̃,vt hic,quia ꝓmissionẽ impleuit:
sed[l] põt agere ad interesse,quatenus fide-
iussor datus nõ est soluẽdo:vt d.l.si qs sti
pulatus.§.fi.supra de ver.obli. Sed con-
b tra[b] ꝑdicta vr̃ l.si is à quo.§.fi.in prin. vt ĩ
9 pol. le.Sol.†Aut quis tenet̃ satisdare iure
actiõis:et tũc dãdo nõ idoneũ facultatib⁹
liberat̃ à prĩa obligatiõe:et tenet̃ ad ĩteres
se,vt dictũ est.Fallit ś.so. ma.l.si cũ dotẽ.
§ si mulier.fauore dotis:vt ibi not. Sed qñ
qs tenet̃ satisdare officio iudicis tũc si dedit
idoneũ ignorãti,nõ liberatur:quia adhuc
durat æquitas,quæ officiũ iudicis mouet:
vt d.l.si is à quo.§.fi.& d.l.si ab arbitro.§.
fi.& sic debet ĩtelligi l.quoties.& l.de die.
c §.j.qui satisdare cogantur. Quæro,[c] qd
10 †si mulier renunciat Velleiano? Puto ꝙ
sufficiat secũdũ opi.cõmunem,quæ tenet
ꝙ possit renũciare:arg.ꝓ hoc ś.si qs in ius
11 voca.non ie.l.j. †Quæro,[d] quid si dede
d rit fideiussorem clericum? videt̃ ꝙ nõ va-
leat:vt in primo casu huius.& d.l.j.ś.si qs
in ius voca.nõ ie.& quod no.in l.quoties.
ś.qui satisda.cogan.Sed credo ꝙ illud sit
verum in fideiussore de iudicio sisti: quia
oportet ꝙ sit eius fori,in quo agitatur iu-
dicium.Secus in simplici fideiussore. Suffi
cit enim quod possit sine exceptione con
12 ueniri. †Quæro,an si talis fideiussor da
tus efficitur postea non soluendo,debitor
debeat iterum satisdare? Rñdeo,nõ,per l.
si nomen.ś.de hære.vel act.vẽ.& j.de sol.
e l.pupilli.§.soror.[e] Nec obst.l.si is à quo.in
fi.& l.si ab arbitro in fi. ś.qui satis.co.& l.
prætor.§.antepe.ś.de ope.no.nũ.quia ibi
loquitur quãdo quis tenetur satisdare offi
cio iudicis. Vnde statim cum desinit esse
cautum:superuenit æquitas,ex qua oritur
officium iudicis. Sed quando debetur iu-
re obligatiõis quæ est extincta satisdatio-
ne:non potest propter superuenientẽ ino-
piam reuiuisci.

1 *Fideiubens pro alio,quòd habeat actionem mandati & negotiorum gestorum.*
2 *Fideiubens pro alio non accipit fideiussorem,sed promissorẽ de indennitate.*

1 POtest. †Nota ꝙ fideiussor habet quãdoq; actio-
nem mandati : quandoq; actionẽ
neg.gest.quod dic vt in gl. Item aduerte,
2 †ꝙ hodie non est quasi in vsu:ꝙ talis fide
iussor accipiatur:sed magis accipitur pro
f missor,[f] qui de indemnitate promittit:qui
promissor differt à fideiussore:vt C.si ma
ter indem.promiserit.l.j.& ij.& ś.ad Velleia.l.tutor.in prin.

Fideiussor. Hunc §.intellige qñ actio est trãsitoria,de sui natura cõtra hæredes.alias secus:vt no. Insti.eo.§.fideiussor.

1 *An fideiussor,qui succedit principali,sit tutus beneficio inuentarij.*

Generaliter. Obligatio principalis extinguit ac
cessoriã,si in eadem persona cõcur
rãt:secus si in duab⁹ obligatiõib⁹ paris potẽtiæ.h.d.cũ
l.seq. Opp.de l.hæres à debitore.§.qđ si hic.j.e.Sol.Fideiusso-
g ria extinguit̃[g] ꝑ principalẽ qñ principalis est valida.alias secus:
2 vt in cõtrario.Et ex hoc arguit̃.†Fideiussor succedit reo princi-
h pali,& inuẽtariũ fecit:[h] modo creditor cõuenit fideiussorem ex
obligatione principali,cõtra quã opponit beneficiũ inuẽtarij:
si ex obligatione fideiussoria cõuenire vult eũ creditor:tunc di
cit fideiussor peremptam esse ex cõfusione.Sed Dy.dicit ꝙ est
cõfusa inquantũ põt cõsequi ex bonis debitoris.alias nõ:vt d.l.
hæres à debitore.§.quod si hic seruus.& l.debitor.ś.de separa.
& ibi de hoc.Et hoc vult,ne beneficium fideiussoris in alterius
præiudicium vertatur:vt l.nec auus.C.de emã.lib. Dicã plenius
in l.Stichum aut Pamphilum.§.quod vulg.j.de sol.

1 *An cum duæ obligationes principales resident in vna persona,electione vnius alia tollatur.*

1 SI reus stipulandi. Nota †ꝙ natura duarum obligationũ residentiũ in
vna & eadẽ ꝑsona,hęc est,vt ꝑ cõtestationẽ litis vna ele
cta,alia tollat̃. Cõtra de l.itẽ illa.in fi.ś.de cõsti.pe.Sol.Secũdũ
Dy.hic sunt ambæ principales:ibi vna pricipalis,& alia accesso
ria.Sed nõ placet. Quare dic,duæ principales obligationes pas
siuæ non tolluntur electione : vt ibi,& l.ij.ś.de duo.reis.hic in
obli-

a ¶Hic sunt opi. Sed qd si mulier vel minor accepit fideiussorẽ inhabilem sciẽter,qualiter succurretur. Gloss. formauit hoc dubium, & nõ decidit,in l.de die.§.si seruus.ś.q sat.cog. & ibi vide Bar. & hic.et no.in gl. ĩ l.minus. infra de re.iur. Et ista faciunt cõtra debitores, qui dant expromissores mercatores quos sciũt đ proximo decocturos æs alienũ,seu,vt dicitur,fallituros:vt nõ prosit eis ꝓpter dolũ, sed remanent obligati prima obligatione,vel saltẽ cõtra ipsos datur actio de dolo.Ita dicit no. Bal.& Ang.per illũ tex.cũ ibi no.in l.si cum dotẽ.§.si mulier.sol.ma.Sed limita not.secundum Imo.vt ibi per eum, nisi iste delegans debet habere tantũdẽ ab eodẽ mercatore ĩ pecunia qui delegauit:quia tunc cessat, licet ẽt isto casu posset succurri, vt ibi ꝑ eum , isti creditori. Adde barto.in l.singularia.si certum petatur.Et dicta hic ꝑ bar.intelligas secundum casum notabilem in l.si pupilli. in §.soror infra de sol. & quod ibi Bar. in ea.l.§.fin.nisi inopia superuenerit post delegationem vel cessionem:quia tunc indistincte est periculũ eius,cui delegatur vel ceditur : vt ibi. quod no.et no. Bar. in l.prætoriæ.la.ij.đ præto.stip. & adde Bal.et An.in l.si qs.ff.si quis in ius vocatus non ierit.

b ¶Adde quod ꝑ hãc legem Bal.consuluit in ciuitate Anconę, cum datia licitarentur vltimate duo licitassent, sed vltimus plus obtulisset:& tempore venditionis fiendæ iste vltimus non fuit repertus in patria, & reperiebatur nõ idoneus conueniẽdo,penultimus licitator dicebat se liberũ ꝑ vltimam licita. ipse respõdet penultimũ teneri:quia paria erant non subesse licitatorem,& esse non idoneũ. vide eius cõsiliũ cxxiij.j.libro.

b ¶Sed contra. Idem vult Ang. in d. leg. quoties.

c ¶Quæro.Idẽ dicas in eo q fideiussit cũ iuramento : vt dixi post Barto. in l.j.ś.si quis in ius voc.non ierit.

d ¶Quæro.quid. Vide gloss. in d.l.j.vbi gl.videtur mihi loqui secũdũ vnã sol. Vide remissiue Alexã.in l.ij.in fi.princ. qui satis.cog.

e ¶§.soror. Et ibi vide qñ cedo tibi actiones cõtra aliquẽ,nũ qd illud periculũ illius nominis pertineat ad cessionariũ.

f ¶Accipit̃ ꝓmissor. Nota de ꝓmissoris idẽnitate:& ille proprie appellat̃ sponsor.qđ nota de quo vide in l.j.C.de conue.fisci debitoribus. lib.x.& ś.de duobus reis.in l.iij.in princ. & ibi dixi.

g ¶Fideiussoria extinguit̃. Adde ꝙ regula huius legis videt̃ limitanda vltra hic no.nisi sup fideiussoria sit lis cõtestata,ꝑ tex.no.in l.seruus.§.j.ś.de infa.secundum Ang.hic & ĩ d.l.seruus.& ibi Bal.& vide Pau.de Cast.hic. Et quid in cessionario succedẽte post li. cõtest.cedenti , vide Bald.in l.j.in pe.col. in viij.q.C.de act.et obli.& ibi etiam qd econtra.in v.q.

h ¶Inuẽtarium fecit. Si fideiussor succedit principali cũ bñficio inuẽtarij : adde Cy.in l.fi.in §.in cõputatione.C.de iure delib.& alios doc.in l.debitori.C.de pac. Et de hac materia ꝑ Bald.in l.si vxor.de bo.aut.iud.pos.et cũ Bar.trãsit Sal.in d.l. debitori.C.de pact. & ibi ꝑ Pau.de Ca. in fi.& vide ĩ l.si mãdato meo.j.eo.& ibi Pau.de Cast.

obligationibus quæ actiue dantũr. Op-
po.de l.si is qui Stichum.ś.de act.& obli.
Sol.Hic pariter erant duæ obligationes
principales , & contra eundem : ibi vero
duæ principales & contra diuersos.

STipulatus sum à reo.cõtinuatur cum l.seq. Quæ-
ro,an pro obligatione ciuili possit accede
re fideiussor? Et gloss.dicit ꝙ non. Dic vt
dixi ś.eo.l.j.

1 *Fideiussor de iudicando soluendo,an teneatur perempta instantia: & an post appellationem.*

GRæce.

ET post. Post litis contesta-
tionem potest accipi
fideiussor:fideiussor† de iudicio si
a sti[a] non tenetur[b] post sententiam[c].h.d.&
b hic est casus,qui bene nõ reperitur alibi.[d]
c Opp.C. eo.l.pe. gl.multum[e] se inuoluit.
d Pe.dicit,& bene,ꝙ quãdoq; actor est soli-
e citus in prosequendo litem:& tũc tenet̃,[f]
f donec durat lis:[g] vt hic. Aliquando vero
g actor est negligens:& tunc liberatur spa-
tio duorum mẽsium,nisi in causa publica,
vel in scriptis sit fideiussor. Quæro , qd
h si nõ est sentẽtia lata,sed cursu temporis[h]
est perempta instãtia. Dic ꝙ non tenet̃:vt
no.gl.in l.pen.C.eo.l.si seruus.ś.de diuer.
& tempo.pręscri.l. cũ lite mortua. j. iudic.
solui. Quæro,quid si est appellatũ , an
teneatur post appellationẽ fideiussor iudi
catũ solui? Est gl.in l.cũ apud.j.iudi.sol.In
i fideiussore de iudicio sisti[i] glo.habemus in
cor.de his qui ingre.ad app.col.v.in princ.
Quæro,vtrũ fideiussor de iudicio sisti
patiat̃ executionẽ? Dicã ĩ l.j.j. iudic. solui.

1 *Fideiussor non potest teneri in grauiorẽ causam, quam reus principalis.*
2 *Fideiussor qui promisit viginti,cum principalis decẽ promisisset,non obligatur.*
Negatio postposita signo vniuersali, & facit æquipollere suo contrario.
Dictio omnimodo sine non:quid operetur.remissiue.
3 *Vtile per inutile quando vitietur.*
Obligatio dicitur diuidua,& indiuidua secundum rem,super qua interponitur.
4 *Indiuiduum dicitur altero de quatuor modis.*

Illud cõmune. Iste §.est subti-
lis. Fideiussor
non potest teneri in grauiorem causam,q̃
reus principalis : sed in leuiorem sic.h.d.
Opp.de l.ij.ś.eodẽ.& l.proxi.Rñdeo.
1 †Fideiussor nõ potest accedere in causam
grauiorem,altero de quatuor modis:scili-
cet re,loco,tempore,& causa:vt Instit.de
actio.§.plus autem.& gl.hoc dicit,& me-
2 lius in l.si pupillos.ś.de ver.obli. †Quæ-
k ro,principalis[k] promisit decẽ , fideiussor
viginti,an in aliquo teneat̃ fideiussor? Et
glo.hic,& omnes communiter tenent,ꝙ
in nullo teneatur:& hoc probat̃ : quia hic
dicit omnimodo eos non obligari.Et for-
mat Dy.q.Negatio postposita signo vni-
uersali,facit æquipollere suo contrario:vt
l.legitimos.§. an ergo.ś.de leg.tut.& l.in
bello.§.j.j.de capti.sed hic postponitur si-
gno vniuersali:ergo &c.Iaco.de Aret.di-
cit omnimodo non.id est,nullo modo.Et
probatur per l.iij.§.primo.in fin.ś.de admi
nistra.tutorum.& l.iiij.§.j.j.rem pupil.sal.
fore.De significatiõe omnimodo sine nõ,
habes in tex.in l.si cum exceptio.§.quate-
nus.ś.quod metus cau.in duabus glos.Se-
cundo,probatur opinio.Ioan. Fideiussor
non potest plus teneri tempore.in l.proxi
ma.& l.fideiussor obligari.§.j.ergo nullo
modo tenetur in quantitate.& gl.tenet in
l.pecuniæ fœnebris.in fin.ś.de vsur.& In-
stitu.eod.§.fideiussor.& ista est vera opi-
l nio.[l] Ad cõtrariã† respondeo. Primo facit
3 contra:vtile per inutile non potest vitiari:
vt l.sancimus.C.de dona.& capi.vtile.ex-
tra,de reg.iu.lib.vj.& l.j.§.sed si mihi.ś.de
verb.oblig.Dyn.dicit,quod obligatio est
res incorporalis:& per consequens indiui
dua:vt l.j.§.si vsusfructus.ś.ad leg.Falc.Si
indiuidua,vtile per inutile vitiatur:vt l.j.§.
illud.ś.de aqua quoti.& æsti.& l.pecunię.
ś.de vsur. Istud est nihil dicere : quia obli-
gatio censetur diuidua,& indiuidua,secũ-
dum rem,super qua interponitur:vt dicit
ipse Dyn.in l.eadẽ.§.Cato.ś.de verb.obli.
sed res,super qua interponit̃,est diuidua:
ergo &c. Gulel.de Cug.in l.certi condi-
ctio. §.quoniam. ś.si certum peta. dicit ꝙ
hic erat indiuiduum ratione formæ:quia
tex.disponit hic super forma ipsius obliga
tionis,qualiter fiat:& hic actus dicit̃ indi-
uiduus:& ideo vtile ꝑ inutile vitiat̃.Hoc
tenet Iac.But.sequẽdo opi.Gul.& sol.hu
ius brocardi,vtile ꝑ inutile : ponit Dy.ĩ c.
vtile ꝑ inutile extra,de re.iur.li.vj.Cy.in l.
sancimus.C.de don.& Gul.hic in d.§.qm̃.
Tu dic:tenẽdo glo.in l.pecuniæ.ś.de vsur.
aut loquimur in indiuiduis,& nõ separabi
m lib⁹:& vtile ꝑ ĩutile vitiat̃. Aut loqmur[m]
in indiuiduis,& separabilib⁹:& tũc nõ vi
tiatur.& probatur ĩ l.j.§.illud.& §.Treba-

a ¶Iudicio sisti.Sed quid in fideiussore de defendẽdo,dic idẽ ꝙ non tenet̃ post sñiam.l.cũ quærebat̃.& ibi Bar.in fi.princ.j.iud.solui.& vide Pau.de Cast. hic,qui dicit,ꝙ qui ꝓmittit defendere,ꝓmittit sistere,&c.circa prin.ibi non tenet̃ post sñiam.quod est verũ,etiã si promisisset eum exhibere parere mãdatis curiæ:vt tenet Bal.in addi.Spec.in ti.de no.ope.nun.in j.col.licet indecisum relinquat in l.eũ ꝑ quo.ś. de in ius voc.& vide ibi Alexã.& vide in l.ij.§.fi. qui satisda.cog.

b ¶Nõ tenet̃.Hoc verũ nisi ꝓmisisset eũ repræsentare toties quoties sibi videbitur.De quo ĩ l.si qs. j.de custo.reo.& no. ĩ l.ij.§.fi.ff.q sat.cog.

✠ POMATES.

c ¶Post sñiam. Vide ꝑ limitatione Feli.ĩ c.in noĩe dñi.ij.col. de test.& vide Alexan.in l.ij.§.fi.ś.qui satis.cog.

d ¶Non reperitur alibi. Adde similem casum in d.l.j.in princ. si ex noxa.cã aga.iũcta glo.parua in verbo,iudiciũ.& adhoc vltra tex.vide Bar. in l.vltima.C.eo.ti.

e ¶Gl. multũ. Itẽ hic tenet Bar.in l.siue.ś. qui satis.cog.& vide in ista materia oĩno Alex.in l.ij.§.fin. eo.titũ.

f ¶Tunc tenetur. Limita quod hic dicit̃, nisi iam esset cõmissa stipulatio quia licet peruentum sit ad sñiam, nihilo minus stipulatio iam commissa dicat̃. Ita dicit Ange.in l.si vero.in prin.qui satis.cog.et ibi remittit. Alexã.

g ¶Durat lis. Quid si dixi , promitto præsentare toties quoties opus fuerit? Dicit Ang.in l.ij.§.qui exhibẽdi.j.de custo. reo.et in l.si finita.in prin.ś.de dam.infec. ꝙ liberabit̃ exhibendo bis:licet multi illud dictũ nõ sequantur.Quid si ꝓmisi aliquẽ pręsentare simpliciter : & eũ semel ꝑsentaui,an sim liberatus? Dic ꝙ sic glo. est mẽti tenẽda in l. duobus. §.si ei q.de iureiur.in gl.in ver. exhibuerint. q̃ fuit ex inuẽtionibus do. Bene. de Plum.pro quo bene facit quod no.ꝑ Bar.in l.dotis. ś.de iur.do.& in l.eũ qui calẽdis.de verb. obl.in l.boues.§.hoc sermone.de ver. sig. ꝑ Bar.in l.j.j.ad leg. Iul.maiest. De cuius intellectu vide Alex.in l.ij.§.fi.q satisd.cog.ś.Et qd si ꝓmisit sistere quoties placuerit,vsq; ad quãtũ tp̃s durat ista ꝓmisio,vide Bar.in d.l.si qs reũ.j.de cust.reo.& qđ ibi no.Bar.de dispositiõe toties.et Ang.in d.l.si finita.ĩ prin. & no.gl.in l.cũ quæstio.C.de lega.& Bal.ĩ l.j.C.de his q̃ pœnæ nomi.Et ꝑ prædicta videt̃ tex.intelligi hic qñ ꝓmisio facta est de iudicio sisti,ꝓ præsente in iudicio:secus si est facta ꝓ eo qui non venit ad iudiciũ,sed dedit fideiussores de præstãdo.Nã ꝑ primã præsentationẽ fideiussor est liberatus.Ita loquit̃ ti.ś.si qs in ius voca.nõ ierit.& ita declarat Bar.in l.j.in prin.ś.si qs in ius voc.nõ ierit.Et dicũt doc.in d.l.ij.§.fi.q satis.cog.Et ad ꝑdicta adde quę dixi j.in d.l.si qs reũ.de custo.reo.& per Ro.in rub.C.de carb.edi.in ij.char. Adde ꝙ ꝓmittens præsentare toties quoties non liberetur præsentando,tenuit idẽ Alex.cõsi.xcv.& cxliij.ij.lib.& Ro.consi.xv.sequit̃ Ang.Quid si quis promittat ad omnẽ requisitionẽ iudicis præsentare aliquem,an liberet̃ præsentando non requisitus,vide Roma.consi.cxxxvij.

h ¶Cursu temporis.His etiã secundũ Ang.in l.ij.§.fi.cum l.seq.qui satis.cog.adde glo.Insti.de fideius.in §.sed hodie.Adde Bal.cõsil.cclxxij.incip.ꝓponitur.ij.lib.vbi ponit,an fideiussor,qui promisit expensas,si actor succumbet in causa,teneatur,si instantia pereat.

i ¶Iudicio sisti.Adde Bar.in l.ij.in j.col.j.iudi.solui.vbi vide.

k ¶Illud cõmune.Quæro principalis.qd si principalis ꝓmisit decẽ,fideiussor viginti,an in aliquo obliget̃? Bal.ĩ l.si vltra.C.e.secũdũ vnũ ĩtellectũ inducit illã l.cõtra opin.Dy.Et aduerte,quia accessorie bñ põt se obligare fideiussor in plus, q̃ principalis: puta ad pœnã.vide ĩ l.hi q.j.eodẽ.vel ad vsuras:vt l.centũ.& ibi Barto.ś.de eo quod cert.loc.& infra eodẽ.l.sicut reus.in fine gl.in l.ij.§.fi.& ś.qui satis.cog.& ibi Bal. & Paul.de Castro hic.

l ¶Vera opi.Facit ad q.no.ꝑ Bal.ĩ d.l.sancimus.in princip.& Ang.& omnes in l.j.§.pe.de ver.obli.& ibi vide.de qua per Bart.in l.si nõ fortẽ.§.si centum.de cõdi.indebi.

✠ POMATES.

m ¶Aut loqmur.Imo ex his q̃ sũt diuidua, aliqñ vitiat̃ vtile ꝑ inutile.et est tex.quẽ singulariter ponderat ibi Sal.solus ad hoc volens per illũ tex.ꝙ si maritus donet vxori vltra qngẽtos aureos non facta insinuatione per iudicẽ,& de hĩc moritur vxore superstite,quod talis donatio non cõfirmabit̃, etiam in summa promissa,& morte mariti:volens per inutilẽ adiectionem vitiari id,quod confirmatũ ẽ et vtile fuisse morte mariti.quod tamẽ ego credo falsum,& extra tex.in l.si quis pro redemptione.§.fi.ver.cæteris.in versicu.sine vlla distinctione. C.de donat. vbi vult Imperator, ꝙ omnes donationes valeãt,etiã si nõ sint insinuatæ vsq; ad qngẽtos aureos: & sic vsque ad summã præmissam. Nec obstat si diceretur ꝙ illa lex debet intelligi secundũ istam:qa loquitur generaliter.& ideo non huic derogare debet: qa loquit̃ specialiter secundũ glo.in l.sciendum.ff.de ver.obli. & est textus in l. hac consultissima.C.qui testamen.face.pos.iuncta l.præposteri.cum sequen.C. de test.& ibi gl.quia dicitur quod imo solum loquit̃ generaliter,sed etiam dicit tex.sine vlla distinctione,ita ꝙ cõprehẽdit oẽs donationes:& etiã illã, de qua fit mẽtio in l.donationes quas parẽtes.in ver.non amplius.C.de dona.inter virũ & vxo.& ꝙ imo donationes nõ probãt hoc:quia bene est clarũ,ꝙ dicit,donationes factas vltra quingẽtos aureos,& sine insinuatione infirmari,quod intelligitur vltra præmissam sententiam.nota in summa promissa,cũ nõ dicat̃ in totũ.Et quod ita intellectũ sit,est text.ĩ l.ista sancimus.§.si quid aũt.& ibi Bal.C.de dona.quod nõ:quia est magna Sal.authoritas. Quid autem sit in dictis testiũ,vide Old.cõsi.xxxvij.& vide vnũ verbum Alex.consi.xvij.in iij.col.volu.iiij.& Roma.consi.lxvj.& Capr.consi.xxj. col.pen.& Ro.ccxlv.& Car.cõsi.xxvij.& Imo.cxxxiij.& Bald.in c.ad audientiã.col.ij.de rescri.cũ his quæ ibi scripsi & tex.in c.si quis.& Feli.in c.cũ super.col.ij.& seq.de offi.deleg.& ibi Barb.in iiij.colum.& quatuor seq.& Roma.sing.dccxv.& Panor.in c.j.col.iiij.de re iudi.& glo.in Cle.j.de testa.

& gl.& ibi Bar.in l. de his.ſ.de tranſa.& Bar.in l. iuris gētiū. §.ſi paciſcar.ff.d̄ pactis.et Are.cōſi.cvj. co.x.ad.fi.ī x.dubio. & Bal.xxvj.co.ſi in prima parte et Ale. xxxviij.col.ij.volu. ij.et lxxij.co. penul. ad finē eo.vol.ibi loquiť, an ſi fiat diſpoſitio duplex annexa circa vnam perſonā q̄ non ſuit capax vnius ex illis diſpoſitiōibus, videtur & alia.Panor.in c.cum I.et A.in vl.notabili de re iud.vbi ponit quādo in aliquo ſint teſtes ſimiles inhabiles.et Ale. vol. iij.vbi loquitur in libello et cōſi.cv.in fi.et Bal.conſi. xlij. in prima parte,vbi loqtur qñ cōpromiſſo eſt admixtus ihabiliscū habili.et quādo eſſet per talē etiā laudatum cōtra formā compromiſſi.& Rom.cccclviij. in iij. coll.vbi loquitur in miſsione facta ex primo decreto , debito partim vero et partim falſo.& Ancha. primo vbi declarat hunc tex.et loqtur ī ſententia arbitri. & Bal.omnino conſi. ccccl xxv.vbi plene loquitur in duobus procuratoribus cōſtitutis,an ſi cōſtitutio nō valeat quo ad vnum,ſaltem valeat quo ad aliū. lxxxv. col.iij.

a ¶ §.ſi quis Stichū. Textus innuit. An ſit vna obligatio prīcipaliser fideiuſſoria vide qđ dicit Bart.ī l.cū quis ſibi aut Titió.circa fi.j.de ſo.et text.in ea.l.§. fi. ibi, ſuam obligationē.

¶ Pro cōcordia. Aduerte,q̄ pōt opponi poſt litem cōte.exceptio diuiſoria ex epiſtola diui Adriani ſecundum Bar. in hac l.ſi dubitetur.contrarium tamen tenere alle.in l.inter eos.in §.fi.infra.e.ti.tu dic quod dicit in hac.l.ſi dubitetur.poſt multas opi. relatas, ſua concluſio non cōtrariatur in d.§.fi.quia dicit,q̄ poteſt opponi ante lit.cōte. ſecūdū opi.Petr. Sed eius diſcuſsio,et examinatio debet reſeruari poſt lit.conteſt. quia aliter non eſſet poſsibile ſciri,an eſſet ſoluendo tempore lit.conteſt. prout 1 ibi exigitur.et ita intelligatur prima op. Item illud verbum poſſe,quod non inducit neceſsitatem l. ſæpe audiui.vbi gl. & doc.ff.de offi.præſi.cum ſimi.

4 tius.ſ.de aqua quo.& æſti.Et dicitur ſin diuiduum altero de quatuor modis. Qđ dam eſt indiuiduū,hoc eſt ſeparabile de natura: vt d.ſ.illud. et §. Cato. Quoddā eſt indiuiduū rōne voluntatis cōtrahētiū: vt l. Pædius.ſ.de arb. Quoddam eſt indiuiduum rōne dependentiæ:vt principale,& acceſſorium:vt l.tūc inutile.de pec. leg. Quoddā eſt indiuiduū rōne formæ: vt hic.et iſta erant verba Iac.But.Opp.ſecundo de l.hactenus.in fi.cū l.ſeq.ſ.de cōſti.pec.Sol.Aliud in conſtituta pecunia: vt l.ſi vero.§.ſi poſt creditā.ſ.mand. Op. de leg.pecunię.ſupra de vſur.Sol.ibi in ſe parabilibus. Opp.de l.rogatus ſupra mā da.Sol.ibi interceſsit in maiorē quantitatem,quā ſibi mandatum eſſet:non in maiorem,quā principalis tenetur. Op. de l.ſi à reo.j.reſponſo.j.eo.Sol.Ibi pendente cōditiōe nulla eſt obligatio:et ideo durior iudicari non poteſt. Oppo.de l.iij. & iiij.ſupra manda.Sol.ibi in his,qui inuicem tenentur,et tenentur actione mandati,non principaliter,ſed acceſſorie.

Si quis Stichum. Alternatiuę obligationi nō poteſt accedere fideiuſſor. h.d. Gloſ. hic nihil dicunt. Tex innuit hic,q̄ vna et eadem ſit obligatio principalis.& fideiuſſoria:vt in verſic. ſed quia,in alia,&c. tex. in l. generaliter ſupra.e.videtur dicere q̄ ſint diuerſæ.Sol.dic,q̄ ſunt duę:ſed reſpectu plurium eſt vna:ar.l.iij.in fin.ſupra de duobus reis. et l.nemo eſt q̄ neſciat. Quæro, quid vult dicere glo.quæ incipit,quia hæc de toto.et vult innuere q̄ fideiuſſor in toto,principalis in parte.non eſt verum in parte:quia teneor ad exhibendum:vt l.Stichum.de ſol.ſed vult dicere alia:vt l.j. §.ſi quis ſimpliciter ſupra de verb.obli.& ſic alia dicitur,quia fideiuſſor alternatiue, principalis pure:& non eodem modo eſt in obligatione res eadem.

Idem Iulianus ait. Quo ad electionē fideiuſſor,nō pōt in cauſam duriorem accedere,ſed in cām leuiorē ſic.h.d. Opp. de l.ſi Stichum.j.eo.in prin.Sol.Ibi erat electio rei:hic creditoris. Nā ſi eēt electio debitoris, accipitur fideiuſſor:tunc eſt alia obligatio:quia vnum volet debitor,et aliud fideiuſſor,vt in contrario,hic vero eſt electio creditoris,ideo non eſt alia.

1 ☞ *Beneficium diuiſionis nō pōt opponi poſt ſolutionem.*
2 *Beneficium diuiſionis quando poſsit opponi ante.*
3 *Beneficium diuiſionis poteſt opponi poſt litem conteſtatam, & ſic ante ſententiam.*
Exceptio diuiſionis eſt uerè peremptoria.
Exceptio diuiſionis quæ cōpetit tutoribus:quia exēplo diuiſionis de fideiuſſoribus opponi pōt poſt litē conteſtatam.
4 *Exceptio diuiſionis pōt opponi poſt ſentētiā,niſi ſit appellatū.*

Si dubitetur. Si dubitetur an fideiuſſor ſit ſoluendo,non poteſt opponi beneficium diuiſionis ſimpliciter.hoc dicit. 1 † Quæro , vtrum beneficium diuiſionis poſsit opponi poſt ſolutionem. Et dicit Dy.q̄ non:vt l.ſi in teſtamēto. §. ij.ver.ſed verior.j.e.† Quæro,an bñficiū diuiſionis poſsit opponi ante lit. conteſt. Et Dy.dicit. Quandoque eſt certū,fideiuſſorē eē ſoluēdo:et tūc indiſtincte pōt:

vt l.ſi.C.eo.& § ſi plures. Inſti.eo.ti. Fallit, in caſibus ibi notatis. Q̄ſq̄ eſt certū q̄ fideiuſſor nō eſt ſoluēdo:& tūc nō pōt opponi:vt l.inter fideiuſſores.j.e. In dubio ſtamus huic legi. Ita dicit Dy.Sed nōne prī debet excuti vnus,& per talē excuſsionē debet ꝓbare creditor illū non eſſe ſoluendo,vt dicit in duobus reis:vt ī auť.de duobus reis.§.j.ſed nō pōt aliud dici,niſi q̄ ſecus ſit ī iſto bñficio,q̄ in beneficio de duobus reis: vt colligit ex verbis l.nā epiſtola. ita demū cōcedit bñficiū diuiſionis,ſi cōſi deiuſſor eſt ſoluēdo. Vnde ille,q̄ opponit exceptionē diuiſionis ex epiſtola,debet ꝓbare id,quod eſt cauſa ſuæ intētionis,ſ.cō fideiuſſorē eē ſoluēdo,vel ſatiſdare:vt hic. Sed ꝓ auť.de duobus reis.diuiſio debet fieri ſimpliciter. Excipitur,ſi apparuerit,cor 3 reū eſſe abſentē,vel nō eſſe ſoluēdo. Vnde reus habet exceptionē ſine aliqua cōditione:actor vero ſi vult illā excludere,debet oſtēdere de diſcuſsiōe,p quā appareat inopia,vel abſentia correi:& ſic debet docere id,quod eſt cā ſuæ replicationis. †Quæro,an poſt lit.cōteſ.poſsit oppōi exceptio diuiſionis ex epiſtola. Gloſ.q̄ Inſti.eo.§.ſi plures.et hic dicit,q̄ eſt exceptio anomala, vt ibi no. Sed Pe.dicit idem q̄ añ litis cōte ſtationē debet opponi : tñ dicit q̄ eſt dilatoria:quia nō renūciauit opponit ad peremptū,ſed ad dirimēdū:vt d.§.ſi plures.& idē tenet Cy.C.de ꝓba.l.exceptionē.ī vltima q.& C.e.l.fideiuſſor.Sed tex.& gl.in l. fideiuſſor.C.eo.dicūt:q̄ pōt opponi ante c ſniam.& idē tenet Dy.et idē Spe.de renū. & cōclu.§.j.ver.ī primis.& ver.ſe.qđ potb verū: quia hæc exceptio vere eſt perēptoria. Nā facta diuiſione fideiuſſor ꝓ altero nō pōt teneri : vt j.e.l.ītер eos.§.cū ītер.vñ idē eſt,petere diuiſionē,& petere pēptionē actionis ꝓ parte cōfideiuſſoris. Vñ nō eſt verū qđ dicit Pe.Nec obſtat §.ſi plures & j.e.l.ītер eos.§.j.q̄ dicūt inſpici,an ſit ſoluēdo tpe lit.cōt.qa faciūt ꝓ iſta ꝑte.Quō eñ poſſet ſciri,an ſit ſoluēdo tpe lit.conteſtatæ niſi lis eſſet iā cōteſtata? Vñ qđ ſ.dixi q̄ añ poſsit opponi,cōcedo : ſed debet reſeruari poſt. Nec obſtat ſi dicať q̄ in litis cōteſtatione negauit:vt j.dicā ꝓxīmo §.de exceptione diuiſionis,q̄ cōpetit tutoribꝰ, idē dico,qa hmōi exēplo eſt ītroducta : vt l.j.§.nūc tractemus.ſ.de tu.& ra.diſtra.ſaluo eo qđ dicā in l.inter eos.§.j.j.e. De bñficio vero diuiſiōis.qđ cōpetit duobꝰ reis: dic idē,qđ in bñficio auť.de fideiuſſoribꝰ: 4 vt dicā ī l.exceptionē.ſ.de exceptio. †An aūt poſsit opponi poſt ſniam exceptio ex hac epiſtola.Dy.dicit q̄ nō.qđ intelligo, niſi ſit appellatū:vt l.fideiuſſor.C.eo.titu. & ibi no.& in Spe.ti.de renun.& conclu.

1 ☞ *An negās ſe fideiuſſorem perdat beneficiū diuiſionis? & quid operentur illa verba,nego narrata,ꝓut narrātur.*

Ita demum. Dicit q̄ fideiuſſor, qui negat,amittit beneficiū diuiſionis. Et ex hoc tex.cōcludūt c quidā,q̄ poſt lit.cōteſt.nō poſsit opponi: quia litis cōteſtatio vt plurimū fit ꝑ negationē.Sed dic,q̄ mēdacium circa illud,qđ eſt cā bñficij,facit perdere bñficiū : vt ſi ſocius negat ſe ſociū ꝓdit bñficiū ſocietatis: vt l.ſi vnus.§.fi.ſ.pro ſocio.Simile in filio, qui eſt in poteſtate:ſi negat ſe eſſe vel fuiſſe in

b ¶ Puto verū. Nota ſingulare caſum,q̄ beneficiū diuiſionis pōt op.poſt lit.cōt. qñ dubitat.ſi fideiuſſore an ſit ſoluendo, &c.cōtrariū vī ſentire Bar.ī l.iter eos.ī §.fi.ī.eo.& vide Bal. ī d.l.exce.ī v.q.vide legem bonā ī.de iur. fiſ.ponit etiam Bal.ī d.l.exceptionē.quid in bñficio excuſsionis,de quo ꝓ Bal.in aut.hoc ſi debitor.ī fi.de pig.Et ad Bar. hic adde Bal.in l.ſi. C.de cōſt.pec.qđ de exc.cedēdarū Bal.in auth.ꝑſente.C.de fideiuſ.& limita vt ꝓ Bar.in l.iij.§.fin.ſ.de duo.re.& adde q̄ exceptio cedēdarū pōt opponi añ ſniam ad ipſam impediēdā:& ſi nō fuerit tūc oppoſita , an pōt opponi poſt ipſam ſniam,vide oīno per Pau.de Caſt.in l.ſi mādato meo.ī.eod.& qđ ibi de exceptiōe diuiſionis q̄ oriť ex ſententia:vt in caſu l.Pau. la ī.de re iu.op.pōt poſt ſniam ſi ſimpliť renūciauť bñficio diuiſionis.nō vī renūciare beneficio diuiſionis qđ mihi cōpetit ex ſententia.

¶ Admittit bñficiū. Adde tñ q̄ talis negās,vī recuparе bñficiū ſi pœniteat añ lit.cōteſt.l.electi.ſ.ſi is quē,cū ibi not.& ibi Bal.ſ.de nox.& Ang.& ſmol.ī l.ſed hoc ita.§.j.de re iud. & Ang.hic.Item ni ſi eū pœniteat negationis, añ.j.agēs eū ꝓbet eē fideiuſſorē. l.de grate.§.fi.et Bal. de inter.acti. Facit l. fi.ſ.de reivē.et ibi vi de q̄ dixi poſt Bart. Et nota quia p iſtū tex.no. Bal.in auth. cōtra eū q̄ ꝓpriā in inj.col.C.de non nu.pe.q̄ negās ſe fideiuſ ſiſſe perdit bñficium excuſsionis,& cedēdarū.et nota qđ operentur iſta ver.nego narrata,ꝓut narrāť. & etiā nota iſtud dictū : qa Imo.dicit ſe alias bñ fuiſſe lucratum de hoc dicto & qđ no. Bar.ī l.et.§.licet ſ.fol.ma.& ſequitur Imo.ī d.l.ſed hoc ita.§.j.et qđ no. Bar. to.in l.ſi prius.in v. oppo.primæ partis, de ope.no.nū.& qđ no.Inſtitu.de act.§. æque.in fi.char.per Areti.& ſic vide hic Bar.q̄ per talē negationē non vī negare libelli circunſtātias. Idem dicit Barto.in reſpondente poſitio nibus in d.l.ſi cui.§.j. de legatis primo.allegat Specu.& vide Bal.in l.j.C.de ædi. act.in iiij.co.& facit

ſe in poteſtate tunc amittit beneficium l.ſed ſi ex parte.& l.j.ſ. 1 quod cum eo. Ita hic in fideiuſſore,† ſi negat ſe fideiuſsiſſe,perdit beneficium diuiſionis : quia negat id quod eſt cauſa beneficij,vt l.ſed hoc ita.§.fi.ſ.de re iudi.ſed in lit.conteſtatione nego narrata,prout narrantur eſſe vera non dico me non eſſe fideiuſſorem:ideo non perdo beneficium.

1 ☞ *Filiusfami.fideiubens pro patre,tenetur inſolidum,licet habeat exceptionem.*
2 *Exceptio contra filiumfami.qui fideiuſsit pro patre:& condemnatus inſolidum ſit durante patria poteſtate.*
3 *Pater quòd poſsit principaliter,& acceſſorie obligari pro filio.*
4 *Filius ſoluens pro patre ex neceſsitate præambuli contractus,non videtur donare.*

Filiusfami. Filiusfami.ꝓ patre vtiliter fideiubet:& ex hac cauſa pater quod iuſſu,& de in rem verſo tenetur:& filio emancipato ſoluenti de peculio caſtrenſi ſub uenitur.h.d.vſq̄ ad fi. Opp.q̄ filius non poſsit fideiubere pro patre,qui cenſetur eadem perſona.C.de impub.& ali.ſubſti.l.fi. Solu.cenſetur eadem perſona quo ad quid,& non per omnia.

a †Quæro,an[a] ſit verum q̄ filiusfamilias teneatur inquātum facere poteſt.Hic videtur dici q̄ ſic.contra,per dictam l.pen.ſ. 1 quod cum eo.†vbi inſolidum tenetur licet habeat exceptionē: & ex hoc habemus formam libelli q̄ inſolidum poteſt agere,

1 pro sñia † & iõ oĩs stip'o ꝑtoria, q̃ respicit effectũ sñiæ, debet dici iudicialis: & ideo stip'o de no. ope. nun. interponit̃ de opere demoliendo quaten⁹ ꝑ sñiam apparebit iniuste ædificatum: & ideo quia respicit esse effectũ sñiæ, iõ dr̃ iudicialis: vt
2 l. stipulatio. §. habet aũt. ŝ. de no. ope. nun. †Itẽ dicit̃ hic cautionales, & c. cõtra, cõis stipulatio põt dici cautionalis: vt j. ver. & sciẽdũ. Solu. Cõcedo ꝙ largo mõ sumẽdo oĩs stip'o põt dici
3 cautionalis: sed hic accipit̃ stricte. †Quarto, in quo differt cautionalis à iudiciali. Rñ. qa cautionales non interponunt̃ respe
4 ctu alicuius sñię, sed iudiciales sic. †Itẽ dicitur hic, ꝙ istæ cautionales habent instar actionum. Quæro, qd est hoc dictum. Dicit glo. qa sicuti ꝑ actionẽ agim⁹, vt qd nobis det̃ vel fiat, & ab initio extorquem⁹: ita istas stipulationes exigemus ab inuitis. Fallit in stipulatione rẽ ratã haberi, q̃ nõ exigat̃ ab inuito: vt l. inuit⁹. §. pœna. ŝ. de ꝓc. vbi causatiue cogit̃ cauere qs de rato, si vult admitti: nõ ꝑcise. Dy. reprehẽdit hãc gl. Nã nec aliæ stip'ones, de qb⁹ hic loqt̃, exigunt̃ ab inuito, vt patet ĩ stipulatione legatorũ, quã nõ cogit̃ præstare ille, q vult pati immissionẽ in possessionẽ. Idẽ stip'one dãni infecti: vt l. ꝑtor. in pri. ŝ. de dã. infe. quare Dy. sustinẽdo gl. dicit ꝙ gl. habuit hũc intellectũ, ꝙ oẽs stipulatiões, de qb⁹ hic loqt̃, pñt principal'r peti: & iõ hñt instar actiõis, ꝑterq; stip'o rẽ ratã haberi, q̃ non petit̃ pricipaliter: sed ꝑ modũ exceptiõis qs eã cõseqt̃. Ita voluit dicere gl. Credo ꝙ gl. habuerit hũc intellectũ: tñ ego puto ꝙ idẽ sit in stipulatione rẽ ra. hab. ꝙ ĩ alijs, vt posit principal'r peti. Nã hic nõ loqt̃ ĩ stip'one rẽ ra. ha. q̃ interponit̃ ĩ iudicio. Illa em̃ vel esset iudicialis, qa respicit effectũ sñiæ: vel esset cõis qa respicit ꝓcessum & sñiam, sed loqt̃ de ea, q̃ interponit̃ extra iudicium, vt puta qñ soluit̃ ꝓcuratori, vel qñ interponit̃ super alio actu, q fit extra iudiciũ, vt apparebit ex eadẽ gl. Po
5 ne, †cõtraxi tecũ [d] tanquã cũ ꝓcuratore, vel solui tibi tanquã
d ꝓcuratori, possum agere cõtra te, vt ostendas te ꝓcuratorẽ v'l caueas de rato. Casus est hic, vbi dr̃, cautio habet instar actiõis hoc est, põt exigi ab inuito ꝑ officiũ iudicis. Probo: ille, q vendidit tanquã creditor, debet docere se creditorẽ esse, vt l. j. C. credi. euic. pi. nõ de. ita q cõtrahit vt ꝓcurator, oportet docere se ꝓcuratorẽ esse, & ibi Iac. but. hoc tenebat. Itẽ ille, q vẽdidit nomẽ vt creditor, debet ꝓbare se creditorẽ esse, vt l. si nomen ŝ. de hære. vel ac. ven. Itẽ ille, q locat vt vsufructuarius, debet docere se vsufructuariũ: vt l. si qs domũ. §. j ŝ. loca. Ergo eodẽ modo ꝓcurator, q cõtrahit vt ꝓcurator, debet docere se procuratorẽ, vt hic, vel caueat de rato, vt hic & l. j. C. de ꝓcu. & iõ nõ est dicẽdũ ꝙ id, ꝙ dicit̃ hic, fallat in stip'one, rẽ ratã haberi qa esset dicere ꝙ Iurisconsultus male diceret hic. Itẽ dicit̃ hic
6 †vt fiat nouatio. qro, q̃ nouatio fiat ꝑ istas stip'ones. Duplex

est opi. Quidã dicunt, ꝙ fit nouatio, hoc est, nouæ actionis adiectio, ꝙ prima non tollatur, sicut in nouatione quæ fit ꝑ litis cõtestatione͂, et ꝑ sñiam: vt dixi ĩ l. aliam s. đ noua. Alij dicũt, ꝙ fit nouatio ꝓprie. Prima opi. est vera. Nã istæ stipulatiões, quæ ex necessitate interponũtur, nõ nouãt, nisi expresse agatur: vt l. pe. j. eo. ꝓbatur ĩ l. si Stichũ. §. legata. s. de noua. Quæro, posito ꝙ est actũ, ꝙ interponatur animo nonandi: qđ nouabitur per istas stipu
7 latiões.† Et primo quæro de stipulatione legatorũ, quid nouet, qñ hoc agitur? Rñ. nouat actione͂ ex testamẽto in euentũ cõditionis, vel diei: vt d. l. Stichum. §. legata. s. de noua. Gl. dicit verũ, ꝙ nouat in euẽtu cõditionis, qñ legatũ erat conditionale. Itẽ in euentu diei, qñ hoc est actum. Põt eñ agi vt obligatio ĩ die͂ nouet̃ ĩcõtinẽti: vt dixi ĩ d. l. si Stichũ. §. legata. Itẽ hęc stipulatio potest interponi sup legato puro, vt l. hæc stipulatio. in pri. vt l. etiã. s. vt le. no. ca. & tũc nouaret incõtinẽti sine du
8 bio. †Secũdo hic videamus in stipulatione de tutela, quid nouet, si hoc agit̃. Rñ. ista est stipulatio, rẽ pupilli saluã fore, q̃ nouat actione͂ tutelæ, quæ debet oriri tutela finita: vt l. si pupillus. s. de noua. qđ
9 dic vt ibi fuit dictũ. †Tertio videamus in stipulatione rẽ ratã haberi, quid nouet. Dicit gl. ꝙ nouat condictione͂ indebiti, quæ cõpeteret contra suũ procuratore͂, si stipulatio nõ esset interposita: vt l. sine. ĩ prin. j. rẽ rat. hab. Ex hac habes ꝙ nõ loquitur de solutione, quæ fit in iudicio iudice præcipiente. Nã tunc non haberet locũ cõdictio indebiti: vt videbitis in d. l. si si
10 ne. et probatur in d. l. j. C. de cõdi. inde.† Quarto, videamus de stipulatiõe dãni infecti, qđ nouet, quia hoc agit̃. Gl. dicit ꝙ per hãc nouatur interdictũ quod vi aut clã, cõpetẽs, aut competiturũ, si facias opus quod mihi noceat, pro quo illud ĩterdictũ cõpeteret. & ista est bona opi. Alij vt Mar. Ioan. Azo. & Hug. dicunt nouari actionem legis Aquiliæ vel in factũ, q̃ cõpeteret, si illa stipulatio nõ esset interposita quod nõ videtur verũ. Nã stipulatio damni infecti nõ porrigitur ad ea dãna, pro quibus posset agi lege Aquil. vt l. fluminũ. §. præterea. de dã infec. Alij dicũt ꝙ nouatur quædam exceptio. quæ cõpetit dãnũ passo, contra dominũ domus ruinosæ: vt non aliter dominus tollat, nisi omnia tollat: & de damno futuro, & præterito caueat: vt l. prætor. in fin. & leg. se
11 quen. supra de dam. infecto.† Not. mirabilem gloss. secũdum
a quã habes ꝙ nouatur exceptio. Examinemus hic an sit verũ[a]: Nouatio est vnius obligationis in aliã transfusio: vt s. de noua. l. j. ergo exceptio nõ nouatur: quia nõ est vnius obligationis in aliã transfusio. Gl. in l. rescriptũ. §. si pacto. s. de pact. dicit, ꝙ pactum producit istos effectus. Nã tollit naturale͂, et elidit ciuilem, & obligat que͂ naturaliter non petere: vt l. si vnus. §. pactus ne peteret. s. de pact. Mõ illa naturalis obligatio, q̃ inest in pacto põt nouari. Ita dicit gl. ĩ l. rescriptum. §. si pacto. Aduertatis, licet illa naturalis obligatio possit trãsfundi in aliam obligationem per nouationem: tamen alij effectus resultantes ex pacto: non possunt transfundi in aliam obligationem. Præterea ponamus quod est exceptio, quæ non oritur ex pacto, sed ex alia æquitate: vt l. qui æquitate. de doli exce. quomodo nouabitur ista. Videte, dico quod non potest proprie nouari: hoc est, in aliam obligationem transferri: sed põt per stipulationem cõtractam tolli illa æquitas, quæ exceptionem producebat: vt in exemplo posito hic in gl. habebam exceptionem, vt dominus non tolleret rudera, nisi omnia tolleret & caueret de damno præterito & futuro. Certe interposita stipulatione dãni infecti, tollitur illa æquitas, qua inducebatur illa exceptio: & ista dicitur nouatio. Vnde in simili habebat maritus exceptionem ne conueniatur, nisi in quantum facere potest, promisit soluto matrimonio animo nouãdi: certe tollitur æquitas quæ exceptione͂ producebat. Idẽ in muliere quæ cauit secundo, quæ perdit exceptione͂. Velleiani. Idẽ ĩ hærede qui cauendo perdit exceptione͂ legis Falcidiæ: vt l. vlti. C. ad leg. Fal. Et eodem modo dico in eo quod dixi s. tit. j. l. & vno. §. j. quod officium iudicis, & rei vẽdicatio nouatur. nõ proprie ꝙ sit vnius obligationis in aliã trãsfusio: cũ officiũ iudicis, et rei vendicatio nõ præsupponãt obligatione͂: sed dicit̃ nouari, hoc est, nouam actione͂ induci, per quã illa æquitas, ꝑ quam officium iuducitur, perimitur. Et idẽ dico in rei vẽdicatione. Alij vero dicũt ꝙ nouatur quoddã interdictũ, quod datur ei, qui damnũ passus est: per quod dominus cogitur aut rudera tollere, aut ædes pro derelicto habere. quod vocatur interdictum de ruderib. tollen. de quo habes in leg. prætor. in fi. s. de dam. infect. Et ista potest esse satis bona. Venio ad §. cõmunes. dicitur hic, ꝙ cões stipulationes sunt, q̃ fiunt in iudi
12 cio sistendi causa. †Quæro, quare vocantur cões. Gl. respõdet tribus modis. Primo, quia partim respiciunt processum iudicij: partim respiciunt sentẽtiã. Ista est bona: vt patet in exemplo hic posito de iudicio sisti. Alij dicunt, ꝙ dicitur cõis ideo, quia interponitur tam ab actore quã à reo. De hoc possumus ponere exẽplũ per auth. generaliter. de epi. & cle. et de li. cõte. auth. libellũ. Sed hoc non placet, ꝙ hæc lex exẽplificetur per illas: quoniam illæ nõ sunt cautiones prætorię à prætore inductæ, de quibus tractat hic ti. Sed possumus sustinere, vt dicantur prętoriæ, quia ab inuitis extorquentur: vt intelligit prima gl. huius legis. Alij dicunt, ꝙ dicuntur cões, quia interponunt̃ tam in iudicio, quã extra iudiciũ. Sed nõ placet: quia illæ, quę interponuntur extra iudiciũ, non sunt prætorię: de quibus hic
13 tit. tractat. Venio ad versic. et sciẽdũ, dicitur hic, †vt quis cautior sit et securior. vides ꝙ idẽ vid ẽtur importare ista verba, facere me cautum, et facere me securum. & subijcitur in tex. interposita stipulatione: et sic fideiussor nõ requiritur. Alibi verbum cautionis cum fideiussore accipit̃: vt l. prætor. §. dein
b de.[b] de ope. no. nun. & s. qui satisd. cog. l. j. Et ex hoc dicit Iac. de Are. in q. illa, si promisi te facere securum, liberor promittẽdo per simplicem stipulationem, quia verba cautionis in dubio intelliguntur de eo quod minus est, sed hic verificatur in sola stipulatione: ergo &c. Habes de hoc glo. in l. si mandato Titij. in fi. supra mandati.

1 *Sex casus, in quibus pro euictione requiritur satisdatio cum fideiussore.*
2 *Euictio quando imminet, fideiussores non solum pro illa dantur: sed generaliter pro quacunque alia euictione.*
Cautela, per quam venditor cogitur satisdare, quod emptor faciat sibi moueri quæstionem.
3 *Fideiussor an principaliter petatur, quando euictio imminet, an uero ope exceptionis.*

Stipulationem. Oppo. de l. prætor. §. deinde. s. de ope. no. nuncia. Solue vt ibi. Item oppo. de le. j. in prin. supra de ripa muni. Solue vt not. eadem l. l. §. j. Tertio opp. de l. si finita. §. de cæteris. s. de dam. infec. Solu. quod hic dicitur de ædibus, intellige de ędibus priuatis: secus de publicis: vt in lege contraria. & ideo gl. quæ hic intelligit de ædibus publicis, vel priuatis, non bene loquitur secun
1 dum Dy. Venio ad §. stipulatio duplæ. †Opp. quod requi
c ratur[c] satisdatio cũ fideiussore: vt leg. si post. C. de euic. Dicit glo. illud verum, quando in limine contractus imminet euictio. Et sic sunt duo casus. Vnus quando hoc conuenit, vt hic dicitur in text. Alius, quando euictio imminet in limine contractus: vt leg. si post. C. de euic. & leg. pe. supra de peri. et cõmo. rei ven. Item est tertius casus in l. j. in fi. C. de bo. mater. qñ pater vendit de bonis filij: licet quidam doc. aliter intelligant. Quartus casus est, quando venditio per rescriptum Principis confirmaretur: ar. l. vniuersa. C. de preci. Impe. offe. Quintus casus est: quia debet satisdare, si est consuetudo: vt l. quod si nolit.

a ¶An sit verum. Vtrum exceptio possit nouari, vide hic & no. Bar. in l. ita stipulatus. in v. oppo. vltimæ partis. de verbo. obl. et Ang. in leg. si insulam. eodem tit.

b ¶Deinde. Vide Alex. in l. j. qui satisd. cog. An si promitto liberare fideiussore͂ ab obligatione quã recepit pro me, erit remediũ, Vide sing. Bal. in l. C. de sen. q̃ sine cer. quanti. Et quid est securitas, vide Bal. in auth. agricultores. C. quæ res pig. obl. pos. et hic ad de Bal. ĩ l. sancimus. C. đ ver. sig. et Spe. de emp. et vendi. §. j. ver. sed quid si in instrumẽto. vide An. in l. Papinianus. in §. si quis mortis. s. đ inof. tes. et Paul. de Ca. et Bal. in l. j. s. q satisd. cog. Et adde ꝙ si promitto te facere securum, an liberet per simplicem ꝓmissionem. Adde ꝙ tex. in l. j. s. qui satis. cog. videtur probare ꝙ teneor dare fideiussores, vel pignora quod intelligit An. verum, quãdo post promissione͂ factã ꝑ alique͂, ego promitterem te facere tutũ & securũ: quia tunc intelligitur cũ fideiussore, vel pignore: alias nihil importaret. l. qui bis idem. s. de ver. ob. de quo ibi vide ꝑ eũ. Et hoc etiam tenet An. hic, & est text. in l. ꝑtor. §. hoc interdicto. in fine. s. de ope. no. nũ. vbi per Ro. que͂ vide. Adde qđ si statutum dicat, inter affines fiat compromissum, recepta securitate: an debeat intelligi cũ fideiussoribus, vel pignoribus. Bal. consi. cliij. lib. v.

c ¶Oppo. ꝙ requiratur. Qñ debet caueri de euictione, adde etiam vltra hic not. per Bar. aliquos casus no. per glo. in l. g rem. C. de euic.

a nolit. §. quod assidua[a] s. de ædi. edict. & l. si
2 pri⁹. §. j. s. de aqua plu. ar. †Sed quæro, qñ imminet euictio, an detinebunt̃ fideiussores tantum pro illa euictione, quę imminet: an generaliter quocunq; modo euinceretur. Dy. dicit, quocunq; modo euincetur: arg. l. fi. §. j. s. de rescin. ven. & idem
b tenẽt doc.[b] in l. si post. C. de euic. licet glo. nõ declaret in d. l. pe. §. j. de peri. & cõmo.
c rei ven. Secundum hoc[c] inuenta est fraus per quã venditor coget̃ satisdare: qa emptor facit sibi moueri quæstione͂: tũc non coget̃ emptor sibi soluere pretiũ, nisi sibi satisdet̃ pro omni euictione: sed an cõtra istã fraude͂ sit aliquod remediũ, dicã cras.
3 †Vltimo q̃rit gl. qñ immi͂et euictio: vtrũ fideiussio petat̃ prĩcipaliter, an vero ope exceptionis contra petentem pretium. ꝙ vltimum est verum: vt in glo.

1 *Summatim cognosci quando dicatur.*
2 *Sententiæ latæ quod potest addi, uel detrahi à prætore uiuo quatenus procedit de mente prætoris.*
3 *Sententia, qua quis iubetur satisdare, uel non satisdare, quã do sit interlocutoria, & quando diffinitiua.*
In his, quæ expediuntur officio iudicis, officium ita durat post latam sententiam, sicut ante, si æquitas subest.
4 *Sententia interlocutoria potest per iudicem reuocari, quando non sit executa, uel quando non trahit secum executionẽ. & tũc potest partibus uolẽtibus, uel ex iusta cã cognita.*

Quod si sit aliqua. Hic ponit̃ tertia pars, in qua ponitur, cui⁹ sit iurisdictio super istis stipulationibus: & diuidit̃ hic §. Primo loquit̃, qñ mouet̃ controuersia tempore stipulationis interponendæ: & an debeat interponi? Secundo, qñ mouet̃ post stipulatione͂ interpositam, vel ante, s. qualiter debeat interponi. Secũda ibi: sed & si quid. Dicit̃ hic, ꝙ summatim ꝑtor cognoscit, contra: imo plene: vt l. iiij. §. si forte. s. de dam. infec. Dicit gl. quidam dicũt, hic fallit, qñ fit missio, ex secundo decreto vel aliter. Ibi non querit̃, an sit satisdatum vel non: sed quia non est satisdatũ, dubitatur an missio sit facienda. Et bona est ista solutio. Circa summariam tame͂ cognitionem, dic vt no. in l. iij. §. sciendũ. s. ad exhi. Ita dicit glo. Sed certe per id, ꝙ dicit̃ ibi, nullum intellectũ habetis. do. Io. Fagioli de Pisis, fecit de hoc vnum pulchrũ tra
d ctatum[d], quem Specul. ponit de verbo ad verbũ in ti. de offi. iudi. dicatis vt ibi. Dy. dat hic vnã suam doctrinam in duob⁹ verbis: & dat talem regulam, & dicit ꝙ regula est, ꝙ vbicunq; agitur de cã, super qua sñia lata tribuit ius finale, & aufert plenũ ius vni: & dat alteri: ibi desideratur plena causæ cognitio. sed vbi econtra non desideratur plena causæ cognitio, sufficit semiplena: vt l. ij. s. quis or. in bo. pos. ser. & l. iij. §. si causa cognita. s. de bo. pos. ita dicit
e Dyn. Tu dic[e] si †lex dicit summatim co
1 gnosci in casu, in quo sententia lata nõ parat plenum præiudicium: & tunc summatim intelligitur tam in ordine, quam etiã in probatione: quia sufficit semiplena ꝓbatio, forte etiã per iuramentũ: vt l. thesaurus. s. ad exhib. Et ideo in primo decreto non requiritur plena ꝓbatio: vt no. ĩ aut̃. de exhib. & intro. reis. §. suscepto. Idẽ dico in causa alimentorum, in qua cognoscitur summatim, sed remanet causa filiationis & idẽ in similibus. Sed si lex vtit̃ isto vocabulo summatim, in causa, quæ plenum pręiudicium parat: & tunc intelligit̃ summatim, quo ad ordine͂, sed probationes requiruntur plenæ, vt l. de submersis. C. de naufra. lib. xj. Et ita intelligitur c. sæpe. de ver. sig. in Cle. & ideo in secundo decreto, quod parat plenum præiudiciũ, requiritur summaria cognitio: tamen probationes debent esse plenæ, vt l. iiij. §. si forte. s. de dam. infec. & plene dixi in l. si finita. §. Iulianus. & l. Fulcinius. §. j. quib⁹ ex cau. in pos. ea. & hoc modo debet intelligi d. l. iij. §. si causa cognita. s. de bo. pos. & l. ij. s. qui. or. in bonor. pos. serue. Qñq; lex nihil dicit circa cognitione͂: & tunc intelligitur de plena causę cognitiõe: vt l. iudices. C. de iudi. nisi essent causæ breuiores: vt in aut̃. nisi breuiores. C. de sen. ex breui. reci. Ad secundum dictum opp. & videt̃ qđ postquã sñia est lata, iudex est functus officio suo, nec põt addere, vel detrahere: vt l. iudex. & l. Paulus. de re iu. huius timore iste ver. legitur duobus modis. Primo qđ hic dicat̃ addi vel detrahi ante stipulatione͂ interpositã, & ante iussum factũ de ea interponenda. & dicat̃ addi vel minui. addi ꝙ prætor mortuus dixit. & sic non obstat contrariũ. Sed ad istã lec. op. de l. in cõ
2 uentionalibus. de ver. ob. Solu.† Verũ est ꝙ nõ põt addi vel detrahi, scilicet ab alio quã à prætore, sed à pretore sic. Vel aliter & melius, non põt addi vel detrahi, etiã à prætore viuo, nisi quatenus ꝓcederet de mente prætoris mortui: vt l. si finita. ĩ pric. s. de dam. infec. Et ita põt intelligi hic. Secundo modo põt intelligi, ꝙ hic addatur, vel detrahat̃ post iussum factum à præto
3 re, ante stipulationem interpositã. †Ad cõtraria rñdeo, ꝙ functus est officio suo: verũ est, in sñia diffinitiua: sed ista est ĩter
f locutoria, per quã iudex iubet satisdari[f] vel nõ satisdari: ergo &c: vt l. quod iussit. s. de re iu. secundum hoc videt̃ ꝙ iste vers. debet intelligi qñ satisdatio petitur incide͂ter. Nam si peteret̃ principaliter, ista esset sñia diffinitiua, quæ decideret illã cãm: tñ etiã si eẽt diffinitiua, putare͂ idẽ: qa in istis q̃ expediunt̃ mero iudicis officio, ita durat officiũ iudicis, postquã semel iudicauit, si subest æquitas, sicuti primo: vt apparet hic, & j. e. l. pe. & dixi plene in l. quod iussit. circa fi. s. de re iudi. Tertio mõ põt intelligi ꝙ hic addat̃, vel detrahat̃ post stipulatione͂ interpositam. Sed tunc opp. quia videtur ꝙ hoc iudex nõ possit facere: vt l. sed & si qs. §. fi. s. si quis cau. Sol. dico ꝙ nõ põt post stipulatione͂ interpositam nisi volentib⁹ partibus, vel nisi cã cognita ꝓpter iustũ errore͂. vel aliã iustã cã: vt l. sed & si qs. §. fi. & j.
4 e. l. pe. ꝙ no. †multũ. Habes eñ[g] ꝙ sñia interlocutoria põt per
g iudice͂ reuocari[h] antequã sit executioni mandata: vt l. ꝙ iussit.
h sed postq; est executioni mandata, nõ põt reuocari, nisi volentibus partib⁹, vel nisi cã cognita ex iusta causa. Ita no. hic. Vide gl. q̃ incipit, aditur ante eã. ibi: itẽ quid. quã gl. no. multum. Plenius dixi in l. ꝙ iussit. s. de re iudi. ꝙ hic dicit̃, ꝙ qñ interlocutoria est mandata executioni, facto hoĩs: idẽ puto qñ secũ
i trahit executione͂, vt puta iudex ꝓnũciauit[i] te nõ audiendum vel nõ esse te admittendum ad ꝓbandũ, & similia, quæ hoĩs executione͂ nõ requirunt. Cũ enim à lege fiat executio, nõ poterit reuocari, nisi, sicut hic, cã cognita vel partib⁹ volentibus: vt l. si is. s. de leg. ij. & l. apud Aufidium. in fi. de op. leg. Quarto põt intelligi hic, ꝙ iudex addit, vel detrahit: addit ꝙ dicit aliqua partium, quod satis põt procedere: arg. l. de die. in pric. s. qui satisda. cog. Quæro, quid si mutata est in aliam formam quam prætor dixit. Respon. tunc non erit prætoria: vt hic dicit gl. & plenius dixi in l. in conuentionalibus. s. de ver. ob.

a ¶Quod assidua. adde l. si fundus. s. de euic. secundum glo. j. §. quod aute͂. in aut. de fideiusso. & ibi in tex. ponitur alius casus, in quo satisdat̃ đ euictione qui reassumitur in l. si post. C. de euic.

b ¶Tenent doctor. Adde Bald. in l. non idcirco. C. de cõtrahen. empt. & Bar. in d. l. si post ꝑfectam.

c ¶Secundum hoc. nota fraude͂ contra vẽditore͂, vt satisdet de euictione antequã euincatur. Viđ tex. & ibi Bald. s. de euictio. l. euic. Andreas Barbatias.

d ¶Pulchrum tractatum. Quomodo intelligat̃ summatim, vide plene Barto. in extrauagã. ad reprimendum. in versicu. summarie. & plene in d. l. a diuo Pio. in §. si super. de re iudi. & per eundem in l. iudices. C. de iud. & in l. si constante in j. q. s. sol. ma. Post prædicta adde ꝙ vbi requiritur libellus, ibi non requiritur ꝓcessus ordinarius, secũdum Bal. in c. j. §. insuper. & in c. cũ sup. de prohi. feu. alie. ꝑ Fed. & vide qđ no. Bar. in l. nec quicq̃. §. de plano. s. de offi. ꝓcon. & lega. & ibi dixi. Et addẽ ꝙ ĩ istis causis summarijs ĩ q bus proceditur sine figura iudicij, publicatio attestationum est necessaria. c. fin. a cõtrario sensu. de hęreti. li. vj. ꝙ no. ad ea q̃ not. in d. l. prolatã. C. de senten. qđ tñ intellige qñ ille, contra que͂ sunt producti testes, hoc petit. si aute͂ hoc non petit non videtur necessaria: quia semper videtur nota iudici dicta testium: vt not. gl. in d. c. fi. de hæret. & in c. qualiter. §. debet. de accu. & quod hic per Bar. dicitur, ponit Spe. in ti. de offi. iudi. §. postremo. ver. v. & in ver. vj. & se. quod not. Bar. in l. iij. §. sciẽdum s. ad exhi. Et si a statuto fit mentio ꝙ causa cognoscatur summarie, quę probatio regratur: & an tunc in summarijs requiratur plena probatio: & ad materiam vide Bal. ĩ l. j. C. vt in pos. lega.

e ¶Tu dic. Allegat̃ Bar. sibi contrarius in l. a diuo Pio. §. si super rebus. de re iudi. & in extrauagã. ad reprimendum. in ver. summarie. & in leg. ita stipulatus. de ver. ob. And. Barb.

f ¶Iubet satisdari. an sñia qua pronunciatur satisdãdum esse vel non esse, interlocutoria sit, vel diffinitiua. & ad not. hic per Bart. bene facit ꝙ no. doc. in c. fi. de re iu. in illo articulo an sñia sup possessione sit diffinitiua: & no. Bal. in rub. de re iudi. C.

g ¶Habes eñ. Nota sñiam interlocutoriam post executione͂ nõ posse reuocari, vide cõtra l. pe. j. e. vbi ꝑcipit iudex, ꝙ importat necessitate͂. l. j. §. j. qđ iussu ergo non requiritur consensus partium. Andr. Bar.

h ¶Reuocari. Tenẽti. q̃ interlocutoria potest reuocari &c. & facit qđ hic dicitur ad no. in l. ad principe͂. ĩ fi. j. de appel. & no. hanc glos. ꝙ sñia interlocutoria lata q̃ alias non põt reformari, nec corrigi põt tame͂ de cõsensu partium: vt alle. Bal. in l. si diuersa. de transact. secus tñ in diffinitiua: vt ibi per glo.

i ¶Iudex pronunciauit. Sequitur Pau. đ ca. in l. ꝙ iussit. de re iud. Et per hoc dicit ꝙ non põt reuocari interlocutoria, qua ꝓnunciat̃ nõ esse ꝓcedendum super libello tanquam inepto: vel si absoluit̃ pars ab instãtia. Nã trahunt secum executionem: qa faciũt vt non speretur amplius diffinitiua sup causa illa, sicut qñ ẽ facta executio ꝑ hominem. Adde Bart. in d. l. quod iussit in quibusdam lec.

a ¶ Idẽ est ꝓmittere. Adde Imo.in l. si qs ita ad fi.ff.de ver.ob. & Bal.in l.Iul.ff. qui satis.cog. vbi quærit an sit idẽ, promittere soluere cõdemnationem, qđ esset, si ipse idẽ promitteret soluere iudicatũ.

b ¶ Finaliter cõcludemus. Sal.in l.pro hæreditarijs.in xj. op. C.de hære.act.dicit ꝙ lit.cõtest. conuenitur pro parte hæreditaria, & illo quasi contractu: sed instantia.

c ¶ Res ꝑuenit. Circa ista vide An.& Imo. ĩ d.l.si eũ hoĩem. ĩ fi. ff.de fideiu.dixi ĩ l.j.ĩ prin.ff.ad Treb.

1 ☞ *Factũ indiuiduum quando uenit in stipulatiõe, stipulatio transit ad quemlibet hæredum insolidum.*
2 *Stipulatio quæ continet quantitatem, diuiditur inter hæredes promissoris.*
Dictio, quamuis, aduersatiuè ponitur.
3 *Stipulatio iudicatum solui ante sententiam continet quantitatem incertam, sed post sententiam certam.*
4 *Promittere iudicatum solui, & solui iudicatum idem est.*

LEX. II.

1 Prætoriæ. †No. ꝙ qñ in stipulatiõe venit factũ indiuiduũ, ad quẽlibet hæredũ trãsit insolidum: vt l.ij.§.ex his.ff.de verb.obli.& l.ea.§.fi.& l.in executione.§.
2 secunda species.e.ti. †Secundo no. ꝙ stipulatio, quæ continet quantitatẽ, diuidit̃ iter hæredes ꝓmissoris: vt l.ij.§.j.ff.de ver.obli.& l.eadem.§.fin.& quod hic dicitur, quamuis possit dici, aduersatiue ponitur,
3 nõ correctiue. †Op.& videtur ꝙ stipulatio iudicatũ solui, cõtineat certã quantitatẽ: vt l.iud.sol.j.ti.ij.Sol. Cõtinet incertã quãtitatem ante sniam: sed post sniam certã quãtitatẽ: vt ibi.
4 †Vlti.no. ꝙ idẽ est promittere[a] iudicatum solui, & ꝓmittere
a solui iudicatum: vt hic secundũ diuersas literas. Nam quidam habẽt iudicatum solui: & quidam, solui iudicatum. Hoc tenet Pe.& Cy.refert.C.vnde legitimi.l.fi.in j.q.

1 ☞ *Aduersatiua natura, est aduersari præcedentibus.*
2 *In iudicijs tam in litis contestatione, quàm in sententia contrahitur.*
3 *Hæres repræsentat personam defuncti pro ea parte, pro qua est hæres.*
4 *Conuentus rei uendicatione, si decedit pluribus hæredibus relictis, & unus solus possideat, an & quando ille solus conueniatur.*
5 *Reo defuncto antè litem contestatam, quando solus possidens conuenitur super libello contra defunctum porrecto, proceditur liquidato in processu quomodo solus possideat.*
6 *Vnus hæredum possidens insolidum post litem contestatam cũ defuncto: sicut potest insolidum ex eadem instantia contra defunctum condemnari: ita actor potest nouam instantiam reincipere.*

Sed & si unus. Iste §.est subtilis: & diuiditur in partes tres secũdũ lecturam veriorem, & cõmunem. In prima decidit quis rei vendicatione cõuẽtus ante litis cõtestationẽ: & q̃ritur qualiter hæres, qui totã rẽ possidet, in rei vendicatione cõdẽnetur. In secunda, qualiter hæres cõdemnetur in stipulatione iudicatũ solui. In tertia, decidit reus post litem contestatam in rei vendicatione, & quæritur qualiter condemnetur hæres: qui totum possidet in rei vẽdicatione. Secunda ibi: inquantum. Tertia ibi: sed si lite. Lec.quã. ff.posui fuit lectura Marti.Ioan.& Azo.& hi discordant à p̃dictis: & dicunt ꝙ etiã post litẽ cõtestatam possessore defuncto ille solus hæres tenetur, qui possidet.& hunc versi. sed si lite.intelligunt in stipulatione iudicatũ solui. Et iõ pro ista q̃stione declaranda videamus rationes pro vtraq; parte: & fi-
b naliter cõcludemus[b] id, quod nobis videbitur. Mar.& alij dicunt, quod si possessor conuentus rei vendicatione decedit ante litis cõtestationẽ, ille solus hæres tenetur, qui possidet. Si post litis cõtestationẽ, quilibet tenetur pro hæreditaria portione, licet vnus possideat. Et ita intelligunt hanc legem, ꝑ eis vr̃ casus in l.si possessor.ff.de rei ven.vbi tex.no.dicit, ante iu-
1 dicium acceptũ. Præterea hic tex.dicit, sed lit.cõte.& †sic ponit distinctionẽ aduersatiuam, sed cuius natura est aduersari p̃cedentibus: vt l.ij.ff.ne quis eum qui in ius voca.& ibi no. et l. hoc amplius, §.de his aũt.ff.de dam.infect.ergo in præcedẽti §. dixi quando decessit ante litis contestationẽ, vt aduersatio sit bona. Præterea actiones hæreditariæ transeunt ad hæredes ꝓ hæreditarijs portionibus: vt l.pro hæreditarijs.C.de hær.act. Vnde si possessor decedit ante litis contestationem, solus ille hæres, qui possidet, tenetur: quia defunctus nulla obligatiõe tenebat̃, cũ nulla obligatiõe sit obligatus, q rei vẽdicatiõe cõuenit̃: vt inst.de act.§.j.Sed cũ decedit iã lite cõtestata, cœpit teneri defunctus ex illo quasi cõtractu, q celebratus est in illa cõtestatione: vt l.iij.§.idem scribit.ff.de pecu.merito ad hæredes transibit pro hæreditarijs portionibus. Ita dicunt Mar.et Al. Sed opp.† quod ista ratio non sit vera. Nam in §.idem scribit. dicitur quod quasi contrahitur in iudicio per sententiam, non in contestatione. Respondet ista gl.& ista dicit verum: nã per litis contestationem quis obligatur ei quod in sententia deuenit.et sic in vtroque casu quasi cõtrahitur, vt probatur hac gl. coniuncta cũ illa, quod no. Quarto probant ipsi in eo, qui dolo desijt possidere, distinguitur, aut decessit ante litis contestationẽ, aut post: vt supra de rei ven.l.cũ autem.et hæredes post litis contestationẽ tenentur oẽs: licet nullus possideat: ergo eadem rõne hic, illi, qui nõ possidẽt tenebũtur. Istæ rõnes sunt eorum. Ad leges in contrariũ allegatas rñde, quod oẽs illas intelligo in eo, qui decedit ante litis cõtestationẽ: vt in gl. Tamen ista responsio est imperfecta, vt ostendam allegando istas leges pro alia parte, vt infra dicã. Alij, vt Io. Azo et Hugo dicunt, ꝙ etiam si decedit post litis cõtestationẽ, ille, q possidet, solus tenetur. Pro eis facit supra de rei vendi.l.si possessor. Certe ibi decidit ante litis contestationẽ, vt ibi dicitur in tex. Item pro eis facit ff.cõmo.l.sed mihi.§.hæres. Dicit Martinus et Al.ibi decedit ante litem contesta. Ista non est bona solutio. Nam ibi in §.hæres. defunctus erat obligatus ad rem restituendam ex contractu: ergo quilibet hæredum debet teneri pro parte, sicut Mar.dixit in eo, qui decedit post litem cõtestatam. Sed pro Mar.respondeo, ꝙ illud ibi speciale in contractibus bonæ fidei: sed rei vendicatio non est de istis, ergo &c.nec obligatio, quæ oritur ex illo quasi cõtractu, qui celebratur in iudicio. Hoc tetigi in l.eadem.§.Cato. supra de ver.obli.et doct.tangunt in l.pro hæreditarijs.C.de hære. ac. Tertio facit pro Ioan.in l.si plures.supra de vi et vi ar.Sol. Dicit Mar.ibi decessit ante litis contestationem. Non videt̃ vera ista sol.eadem ratione: quia ibi defunctus tenebatur obligatiõe, & actione personali, hoc est, interdicto vnde vi: ergo debuit transire ad hæredes: sicut Mar.et sequaces dicunt in eo qui decedit post litem contestatam. Sed respondeo pro eis ꝑ ea quæ notantur per Dyn.in l.qui fundum.§.si tu ex parte.ff. ad l.Falc.vbi dicit, quod ibi ideo: quia actio personalis habet concomitantiam cum rei vendica.& ideo trahit ad ea, vt contra illum detur ĩsolidum, qui possidet: sed nos non possumus sic hic dicere in illa obligatione, quæ orit̃ ex litis contestatio. Nã ista habet ortum per se separatũ & distinctum à rei vendi. nec oritur simul cum ea. Item facit pro Ioã.et sequacibus: qa si possessor litis contestata desijt possidere sine dolo et culpa, est absoluẽdus: et ẽcontra si incipit possidere est damnandus: vt l.si nañt.§.j.ff.de rei ven.per quod videtur ꝙ hæres, qui est eadẽ persona cũ defuncto, qui desijt possidere, nullo mõ teneatur: & ille, q incœpit possidere, teneatur insolidũ. Ad hoc respon-
3 det gloss.†pro Marti. multum notabiliter, quod illud, quod dicitur, hæres est eadem persona cum defuncto: est verum pro ea parte, pro qua est hæres: pro alia parte dicitur extraneus: vt probatur in leg.cum à matre.C.de rei vendica. Simile dicimus in seruo qui repræsentat personã domini pro partibus dominicis, pro alijs est extraneus: vt l.seruus cõis sic omniũ.supra de stipula.seruo. Et ideo si ad vnum ex hæredibus peruenit tota possessio: est perinde, ac si peruenisset ad extraneum pro portionibus, pro quibus non est hæres: & ideo ex illo iudicio teneri nõ potest. Vnde gl.tenet opi.Mar.et Al.et idẽ Dy.hic, et Cy.in l.pro hæreditarijs.C.de hær.act. Sed cõtra prædicta facit: quia si ad vnũ ex hæredibus peruenit tota possessio facto testatoris, videtur sua culpa desijsse possidere: q̃ culpa venit post litem cõtestatã: vt l.si hõ.ff.de rei ven. Sed si peruenit sine facto testatoris, non videtur ꝙ aliquid sit hæredibus imputandũ: quia desierũt possidere absq; sui vel defuncti culpa, per ea q̃ dicta sunt supra. Videte gl.magnã, quæ vltimo videt̃ istud probare. Mihi vero vr̃, ꝙ quando res perue-
c nit[c] ad vnũ facto testatoris, vel hæredũ: ꝙ nõ debeamus distinguere: vtrũ lis fuerit cõtestata vel non maxime scd̃m iura hodierna, iuxta q̃ per solã libelli oblationẽ fit res litigiosa: vt in auth.litigiosa.C.de lit.iõ si testator legaret vni rẽ, adhuc teneatur hæres: vt l.iij.& auth.nũc si hæres.C.de liti. Idẽ ergo si vni ex hæredibus prælegat: quoniam pro alia portione dicitur extraneus: vt dixi. Quando vero peruenit ad vnũ absque facto defuncti vel hæredum, & tũc fateor ꝙ illi, qui non possident, non possunt conueniri. desierunt enim possidere absq; dolo, vel culpa. Sed tamẽ ille, qui possidet insolidum, ex eadẽ instan

instantia insolidum conueniri non posset, secundum quod illa obligatio instantiæ non tenet eum, nisi ꝓ hæreditaria por-
4 tione, vt ff.dictum est. †Reassume igitur prędicta sic: Quãdo conuentus rei vendicatione decedit relictis pluribus hæredibus aut cõueniebatur vtili quasi dolo desijsset possidere: aut cõueniebat̃, quia vere possidebat. Primo casu aut decedit añ litis contestationẽ: & hæredes tenentur in factum. Aut post: & tunc quilibet tenet̃ vtili: vt l.cum autem.ff.de rei vend.cum l.præceden. Secundo casu, si possessio peruenit ad quemlibet ex hęredibus ꝓ hæreditaria portione, nõ esset dubiũ: sed si ꝑuenit ad vnũ tm̃ seu ad aliquos: tunc dic, aut ille reus decessit añ litis cõtestationẽ, aut post. Primo casu aut peruenit ad vnũ tm̃ facto testatoris: & quilibet ex hæredib9 tenet̃ vt d.l.iij.& auth.tunc si hæres.C.de litigio. Aut absq; testatoris vel hæredum facto: & tenet̃ solũ ille, qui possidet: vt hoc §.in princ.& de rei ven.l.si possessor. Si vero decedit post litem contestatã: tunc aut possessio peruenit ad vnum facto testatoris vel hęredum: & quilibet tenet̃ pro parte hæreditaria: vt hac glo.& d.l. iij.& auth.nunc si hæres. Si vero peruenit absq; facto testatoris vel hæredum: tunc ille, qui possidet ex eadem, tenet̃ ꝓ parte hæreditaria tantum. Alij, qui non possident, absoluuntur: vt
a ff.dictum est. Quæro, dixi[a] †ꝙ ante litis contestationẽ reo de-
5 functo ille solus, qui possidet, tenetur aliquo casu: an super eodem libello procederet̃ porrecto contra defunctum. Videt̃ ꝙ nõ: qa pro alijs partibus personam defuncti non repræsentat: vt dictum est supra. In contrarium vr̃: qa iste tex.alias nullam contineret dubitationẽ. Puto ꝙ super eodẽ libello procedat̃: tñ debebit in processu liquidari quomodo ipse possideat insolidũ: licet ipse sit hæres pro parte: & hoc modo cũ eo fiet
6 litis contestatio, per istum tex.†Secundo quæro, dixi ꝙ post litis contestationem pro defuncto ille, qui possidet insolidũ, condemnatur, solũ ꝓ hæreditaria portione eadem instantia.
b Quero qđ[b] si actor velit nouam instantiam reincipere? Dyñ. videtur tenere ꝙ possit. In contrarium facit C.qũo & quãdo iudex.aut̃.qui semel.& in corpore, vnde sumit̃. Puto Dynũ verum dicere. Nam qui semel actionẽ proponit, cogitur in ea persistere contra eundem: sed nihil prohibet contra alium dirigere petitionẽ suam, & renunciare primæ, vel nõ renunciare: vt l.iij.in fi.ff.de duobus reis.ita in proposito, cum libellũ do cõtra possidentem insolidũ, do libellum tanquã cõtra possessorem, non tanquã contra hæredem: vt l.de eo.in fine.ff.ad exhi.& sic conuenio eum tanquã extraneum. Venio ad secũdum dubium de stipulatione, vt ponitur in tex. Quæro, qualiter isti hæredes conueniantur ex stipulatione? Iurisconsult9 hic non determinat. Vna gl.dicit, quod reus principalis & fideiussor tenẽtur insolidum: hæredes vero pro parte. Et istud dicit glo.parua sub verbo, non committatur. Alia glo.magna in fi.dicit aliter. Aut ꝓmissor decessit ante litis contestationẽ & ille, qui possidet, tenet̃ insolidum: sed condemnatur ꝓ parte: alij qui non possident, tenentur & condemnantur ꝓ partibus tantum: post litis vero cõtestationẽ omnes tenẽtur ꝓ partibus tantum. Et dicit glo. ꝙ in hoc omnes cõcordãt. Mihi vero videtur aliter, quod hæc stipulatio eaten9 teneat quẽlibet ex hæredibus: quatenus tenet ipsa actio principalis: & inquãtum in primo iudicio quilibet hæredum condemnatur in tm̃ hac stipulatione tenent̃. Tex.est in l.pœnales.§.Iulianus.ff.ad l.Fal. Rationem huius dixi in l.eadẽ.§.Cato.ff.de ver.obli. Facit in depositi.ff.depo. Secundũ hoc totus iste §.loquitur in cõuento rei vendicatione. Licet prædicta sint vera, posset aliter intelligi: ꝙ hic §.loquatur secundum præcedentia, quando qs conueniebatur int interdicto, de operis noui nun.in quo venit res, hoc est, operis restõ.q̃ actio cũ sit in rẽ scripta, vt l.fi.de ope.no.nun.eadem ibi dicenda erunt, quæ dicta sunt in rei vẽdicatione.

1 ☞ *An qui satisdedit, & fideiussor effectus est non soluendo, iterum teneatur satisdare. quòd non.*

c Prætoriæ.[c] Concor.sunt in glo.†Quæro, quid in eo qui tenet̃ satisdare ex ꝓmissione, & satisdedit: & fideiussor est factus non soluendo, iterum teneatur satisdare? Certe puto ꝙ nõ: quia periculũ ino-
d piæ subsecutæ pertinet ad creditorem: vt pupilli.§.soror.[d] ff. de sol. Aliud est in istis prætorijs stipulationibus, que interponuntur officio iudicis. Nam finita prima fideiussione adhuc subest æquitas, quę inducit officiũ iudicis ad faciendũ eã iterũ interponi: sed quando promisi satisdare, & satisdedi, finita prima obligatione nulla remanet actio, per quam possim cogi ad iterum satisdandum.

1 *Quid uertatur in causæ cognitione ad hoc ut domino quæratur sine cessione.*

In omnibus prætorijs. Ex stipulatione pretoria per procuratorem quæritur actio domino sine cessione, causa cognita, sicuti ex contractibus institoris.h.d. Oppo.& videtur ꝙ indistincte in prætorijs quæratur domino sine cessione: vt l.in causæ.in fi. ff.de procur.& l.si procurator.eo.tit. Sol. Dicit Iaco.de Are.illud est verum in stipulatiõibus interpositis in iudicio: secus si essent interpositæ extra iudicium: quia tunc non datur domino sine cessione, in
1 causa cognita. Ita loquitur hic. †Quæro, qđ vertatur in causæ cognitione: intellige, si ꝓcuratoris copia haberi nõ possit, ita ꝙ non potest cedere ꝓpter eius absentiã, vel mortẽ: sicut dicimus in institore: vt l.j.in fi.ff.de insti.& hic, in fi.& l.damni. & no.ff.de dã.infe.& C.de act.& obl. l. j. & sic vides ꝙ inter prætorias stipulationes ĩterpositas extra iudiciũ & alias quãtũ ad acquisitionẽ nõ est differentia. Secundo q̃ro, qualiter hæc stipulatio fuit cõcepta. Dicit gl.ĩtellige ꝙ ꝓcurator fuit stipulatus dño ad instar tutoris, vel curatoris: sec9 si sibi noĩe dñi: qa tũc indistincte sibi quęrit: sed domino cedere tenet̃ per actionẽ mãdati. Videte, si ꝓcurator stipularet̃ ipsi dño, stipulatio eẽt ĩpo iure nulla vt no. ff.de ver.ob.l.stipulatio ista.§.si qs insulã.& ibi dixi. Facit qđ not. in l.j.ff.de stip.seruo. Simile vides ĩ snĩa, q̃ nõ valet si cõfert̃ in ꝑsonã dñi absentis: vt l.j.C.de sen. Vñ intellige hic qñ ꝓcurator est stipulat9 sibi nomine dñi: alias non valeret.

In omnibus prætorijs. Vides hic, ꝙ licet de natura prætoriarũ sit, vt cõmittat̃ ad interesse: vt l.ij.§.incertam.ff.eo.tñ si pœna apponitur, cõmittitur ad pœnã: nec desinit esse prætoria: quia pœna apponitur loco interesse de mẽte prætoris: vt hic & j.e.l.fi.

1 ☞ *Satisdare qui tenetur de iure p̃torio, põt dare pignora.*
2 *Satisdare qui tenetur uel fideiubere, arbitrarium est iudici, an obliget bona sua.*
Consuetudo obseruat quòd qui satisdat, uel fideiubet obliget bona sua.
3 *Fideiussorem, dans qui non possidet bona immobilia an liberetur? remissiuè.*
4 *Promittens idoneè cauere non satisfacit promissioni, obligando omnia bona sua.*

Prætoriæ. Hęc l. legit̃ ĩ gl. duob9 modis secũdũ vnã lec.dicit, in p̃torijs stipulationibus nõ põt quis dare pignora, vel depositum facere loco fideiussoris, sed fideiussores tenet̃ dare. scd̃m aliã lec.dicit, ꝙ non cogit̃ qs dare pignora, vel facere depositũ ꝓ fideiussore. Põt tñ si vult.text.ibi, fungit̃, i. fungi põt, scd̃m vnã lec.vel fungit̃, i.fungi cogit̃. põt tñ si vult secũ-
e dũ aliã lect. Oppo.ad primã lect.[e] de l.ꝓmissor.§.fi.ff.de con-
1 sti.pec. Solu.aliud, † cum promitto satisdare: & sic teneor ex

a ¶ Quæro, dixi. Vide Ange.qui tenet hic contrarium.

b Quæro qđ. Vtrum defuncto reo post litis cõtestationẽ possit actor de nouo incipere cõtra hæredẽ & illi primo iudicio renunciare, qđ tenementi ad no.in l.edita.et adđ no.ꝑ Imo. in l.pœnales.ĩ. ad l. Fal.in prin. Et facit ad ea, quæ habẽtur in l.si eũ hominẽ.ff. de fideiusso.& vide Bal.in l.seruus.ff.de infami.

c ¶ Prætorię. vide Alex.remissiue in l. ij. in prin.& ibi Ang. & Ang.in l.si ab arbitro.qui satisd.cog.

d ¶ Soror. Idem tenet Ang.in l.si ab arbitro.qui satis.cog. & Bart. in.l.iij.circa fi. de fideius. Et qđ in fideiussore tutoris, vel curatoris, vide gl.et ibi ꝑ bal.ĩ l.mulier. C.de iure dot.

Pro concordia. Aduerte, mouetur quęstio ꝑ legatariũ cõtra hæredẽ: deuentũ est ad trãsactionẽ, in qua legatarius cõtẽtat̃ de quadã delegatione nois cuiusdã debitoris hrdis. Sed ponamus ꝙ iste debitor efficiat̃ nõ soluẽdo, an periculum nois ꝑtineat ad legatariũ? Bar. ꝙ sic, ita summando l. pupilli debitor.§.si soror. ff.de solu. Cõtra tenere allegat̃ in hac l. p̃toriæ. Tu dic, regula est, de qua in d.§. soror. sed speciale in hac l.p̃toriæ.& hic per Bart. assignatur ratio specialitatis.& ideo nõ meretur argui de cõtradictiõe.

e ¶ Oppo.ad primam lect. Qñ quis tenet̃ satisdare, vtrũ liberetur si vult dare pignora, & nõ fideiussores. Gl.sunt cõtrarię, vt hic ꝑ Bar.ĩ d. l.si quas.tñ doct. ibi post Bar.vident̃ cõcordare, videlicet ꝙ gl.hęc, & similes ꝓcedãt qñ simpliciter profert̃ verbũ satisdare, a l.vel ab homine: secus si dicat̃, satisdet̃ cum fideiussore: qa tũc forma est seruãda.& tũc ꝓcedũt glo.cõtrariæ. facit l. Paulus. C.de sol.& l.deteriorẽ.de vsu et habitatione. vel hic loquit̃ qñ creditor velit cõtraria loquũtur qñ creditor nolit Cogita. vide ẽt Bal. in d. authẽ. offerat̃. ĩ v.col.& dicit sing. Bar. ꝙ si ptãs tene-

tur satisdare ante introitũ officij, ꝙ si est idoneus, soli cautiõi cũ hypotheca bonorũ creditur. Ita dixit in l. quicũq;. C. de fun. patrimo. lib. xj. dicit etiam fin. Bal. in l. sciendũ. ſ. quorũ appel. ꝙ si statutũ dicit satisdationẽ præstari secundũ qualitatẽ personæ, qđ nõ est honestæ vitæ & ꝓbatæ fidei, sufficit sola cautio & ad quæstionẽ Bar. hic, an in satisda. p̄torijs partes possint facere ꝙ detur pignus ꝓ fideiussore, vide gl. in l. j. C. de fideiusso. & ibi Bald. in ij. col. ꝙ sic. et tũc nõ erit p̄toria: sed dicetur cõuẽtionalis: vt ꝑ glo. & Bar. in l. j. in fi. & in l. ĩ cõuẽtionalib. ff. eo.

¶ An aũt ꝑte inuita hoc fieri possit, Iac. Bu. in d. l. j. de ꝓcur. & in d. l. j. qui satisd. cog. tenet ꝙ nõ. vide Cy. ĩ d. l. j. C. de ꝓcura. & ibi etiã Flo. q limitat, qñ lex vteretur verbo satisdare, seu cauere. sed vbi lex expresse diceret de fideiussore: tũc secus esset. quæ limitatio fuit Sal. ibi in fi.

a ¶ Debet exponi. Idẽ tenet glo. in l. j. C. de procu. Vide ibi etiã quod dixi in l. j. qui satisda. cogan.

b ¶ Approbat consuetudo. Idẽ Bar. in l. si prius. in ij. q. ſ. de ope. no. nũ. & Imo. & Pau. de Cas. in l. diuortio. §. interdũ. ſ. solu. ma. etiã Ange. in l. j. ſ. qui satisd. cogan. Facit tex. in §. si qs autem pro pecuniaria. authen. de sanc. epis. Sed cõtra tenent Mod. in d. l. si prius. & hoc quia per text. in d. l. filio. vt leg. no. ca. apparebat illam cautionem mediocrem, & non nudam, & primã opin. tenet Bar. in d. l. j. qui satis. cog. & vide ibi Alexan. & quis teneatur cauere cum pœna, vide gloss. in d. l. ij. §. si dubitetur. ſ. de iud. & dixi in l. sancimus. C. de verb. sig. post Bal. & Bart. ĩ. eod. l. fi. & dixi post Bar. in d. l. j. in fi. qui satisda. cogan.

c ¶ An sufficiat. Vide Alex. in l. fi. in prin. qui satisda. cogan.

d ¶ Nõ puto verum. Hoc tenet Spe. de pignorib. & alijs cautiõibus. & ibi ꝑ Io. Ca. & Bal. in l. executorem. C. de execu. rei iudi. Paul. de Ca. in cõsi. xxxviij. inci. in Christi noĩe amẽ, p̄fatũ testm̃. & vide ĩ cõsi. ccxxxvj. circa fi. legis, qñ dicatur cõgrua cautela, qñ debet cautio p̄stari arbitrio iudicis qualr̃ debet arbitrari, vide Bal. in l. fi. in iiij. col. C. de pe. hære. et ĩ l. sancimus. C. de ver. sig. Add Ol. cõs. lxviij. vbi dicit, ꝙ Papa semel ĩ cõsistorio dixit, quod cum dicitur idonea cautio, non sufficit obligare fundos.

mera cõuentione: vt ibi. Aliud, cũ teneor ex edicto p̄toris: vt hic. Istã lec. tenet prima gl. Istud idẽ tenet j. de re. iu. l. in eo. §. nemo. ꝑ glo. & C. de lit. cõte. aut. offerat. vbi tenet ꝙ qs nõ põt dare pignora, vel facere depositũ si vult. Et qui tenẽt hoc, assignãt rõnẽ: qa p̄toriæ stipulationes sunt ita limitatæ & ita certa forma est eis data, à qua nõ est recedendũ. Et hoc vidi qñq; tenere Ia. Bu. Hęc opi. nõ est vera, ꝑ l. j. §. iubet aũt pretor. ſ. de colla. bo. quorũ le. l. fin. §. si legatari⁹. quę ll. exp̄sse loquunt in pretorijs stipulationib⁹. ꝓ hoc videt tex. in l. habere. §. j. j. de ver. sig. nec ob. hęc l. qa debet exponi[a] fungit, i. fungi cogitur. Et istud tenet secũda gl. hic & ſ. qui satis. co. l. j. & in aut. de exhi. & intro. reis. §. suscepto. & hoc tenebat Mart. Sil. quod puto verũ, ꝑ l. plus cautionis. j. de reg. iur. Vlterius opp. ꝙ nõ requirat fideiussor: vt ſ. e. l. j. §. stipulationũ. So. Regulariter requiritur fideiussor: fallit in casibus vt ibi. Itẽ opp. ꝙ qñq; pignora de necessitate requirãtur vt inst. de satisd. §. si vero aliquis Dicunt quidã ibi speciale, qñ dominus satisdat ꝓ suo procuratore: vel vlterius ibi nihil dicitur de pignore qđ tradat sed dicitur de hypotheca: vnde cogit bene quis obligare bona, nõ tamẽ pignora tradere: vt hic. 2 † Quæro, an hoc sit verũ indistincte ꝙ quis cogatur obligare omnia bona sua cũ fideiubet, vel dat fideiussorẽ. gl. nõ determinat. Puto hoc esse arbitrio iudicis remittendũ: vt. ſ. e. l. ij. in fi. qui iudex arbitrari decet qñ dominus pro suo procuratore satisdat: vt in §. si vero aliqs. Itẽ, qñ quis nõ tenetur nisi ad simplicẽ cautionẽ: vt l. filio. ſ. vt le. no. ca. Et hoc indistincte approbat cõsuetudo,[b] vt semper bonorũ obligatio interserat. 3 Quæro. † qd si dat fideiussorẽ aliquẽ, qui nõ possidet immobilia, an sufficiat?[c] Dy. remittit ad notata in aut. de exhib. reis. §. sancimus. dic vt ibi. 4 An † autem sit idẽ si aliquis ꝓmisit cauere idonee: vtrũ tũc sufficiat nuda promissio cũ hypotheca bonorũ? Gl. paruula videt dicere ꝙ sic, in l. si mãdato Titij. in fi. ſ. mã. Sed nõ puto verũ:[d] quia promissio cũ hypotheca dicit nuda promissio vt d. l. filio. & qui tenetur ad nudã promissionẽ, tenet ad hypothecariã: vt ſ. dixi. Debet ergo verbum, idonee, aliqd operari. Aut ergo gloss. illa non bene dicit: aut aliter debet intelligi.

PAulus. Ad euidentiã debetis scire, ꝙ hæres institutus sub cõditione, pẽdẽte cõditione põt petere bonorũ possessionẽ: vt l. ij. §. si sub cõditio. ſ. de bo. pos. secũdũ ta. Opp. de l. inter omnes. ſ. qui satis. cog. Huius timore hæc lex legit duobus modis. Primo Paulus notat approbãdo qđ sequitur. Alio modo Paulus notat reprobãdo quod sequitur: vt gl. clare dicit, quæ dicit bene in omnibus, præterq; in fi. ibi dũ dicit, ꝙ ibi agnouit bonorũ possessionem, non satisdat, &c. quæ glo. est contra l. inter omnes. nam sine dubio tenetur satisdare: vt ibi.

IN prætoriis. Opp. de l. de die. in princi. ſ. qui satis. cog. Dicunt quidam, ꝙ ibi loquitur in stipulationibus interponendis: hic in stipulatione iam interposita. Tu dic siue sit stipulatio interposita, siue interponenda, p̄toris est interpretatio: tamen in his, quæ pertinẽt ad præparatoria iudiciorũ, interpretatur pro actore: vt d. l. de die. in alijs interpretatur prout ei suggerit æquitas. Opp. ſ. de pac. l. veteribus. & l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ſ. de verb. obl. Sol. Aliud in conuentionalibus stipulationibus, vt ibi: aliud in pretorijs, vt hic: vt dicit tex. in l. in conuentionalibus. ſ. de verbo. oblig.

1 *Stipulatio secunda, quando continet idem quod prima, non ualet.*
2 *Nouatione facta an prima obligatio tollatur ipso iure uel ope exceptionis.*
3 *Nouatio qualiter, & quando præsumatur tam in stipulationibus prætorijs, quàm conuentionalibus.*
4 *Nouatio quòd fiat ope exceptionis, si promitto tibi dare decem in foro Maij: & postea promisi dare decem in foro Augusti.*
5 *Nouatio non dicitur facta, si post datos fideiussores alios dem: nisi prima obligatio sit renouata. & de ea facta mentio.*

Non solum. Quærit glo. vtrum possit per cōdictionem incerti commodatarius repetere illā suam detentationem? Dicit gl. ꝙ sic: hoc, quod dicitur de condictiōe incerti: reprehenditur per gl. C. eo. l. fi. §. sed cū in secūda. & illa verior. Dixi in l. Aquilius. s. de
1 don. & l. rem quæ nobis. s. de acqui. pos. †
c Iste §. facit ad q. si vendo tibi equum videor tibi[c] vendere frenum, & sellam, et similia. Hic videtur ꝙ sic, vt in l. ædiles aiūt. in princ. supra de ædi. edi. & per Guliel. de Cu. in l. si vt certo. §. vsque adeo. s. commo.

1 ☞ *Nuncius quod quis possit esse in re sua.*

2 *Accipiens rem perferendam tenetur de periculo rei. si suscepit custodiam, & pretium accepit.*

3 *Mandatarius, quando teneatur de leuissima culpa.*

4 *Fideiussor quando est sibi factum mandatum ꝙ soluat, non tenetur nisi de dolo, & lata culpa.*

d Si epistola.[d] No. tex. et ibi, et si custodiā, et in vers. finge, &c. No. qđ dr in prin. de dñio epistolæ ad quē ptineat. cōc. sunt in gl. Scđo no. in ver. sed & si iter-
1 fuerit, † ꝙ qs pōt eē nūcius in re ppria: nā hic vides ꝙ qs portat literas ad sui vtilitatē. Hoc tāgit p Ia. de Are. in l. j. §. nūciatio. s. de no. ope. nū. et ego dixi in l. iuste. s. de acq. pos. Tertio
2 no. † ꝙ ille, q accipit rē pferedā, tenet de periculo rei, ī duobus casibus si suscepit custodiā, et si accepit pretiū. Ita vides hic.
e Cōtra qđ op.[e] ꝙ mādatarius teneat etiā de leuissima culpa[f]:
f vt l. à pcuratore. C. mā. So. † qcquid dicat, ista est veritas. qn-
3 que in mādato venit aliquid, qđ reqrit exactissimā diligētiā:

a ℂ Quæro quid. Vide Bar. in l. si quis vxori. §. itē apud Labeonē. j. eo. vbi hoc colligitur. Et adde quæ no. in d. l. ex stipulatiōe. Et quis dicatur prædo vel fur: vide q̄ habes post Bart. in l. capitaliū. §. famosos. j. de pœn.

b ℂ Actionē pœnalē. Vide Bal. in authē. sed nouo iure. in iij. col. C. de ser. fug. & vide Bar. in l. si familia. supra de iuri. om. iud. & Bal. in l. quid ergo. §. quod ait prætor. de his qui no. infa. Itē quid si eodem tpe quis īterficit plures homines, an debeat puniri pœna statuti punientis facientē plura homicidia, vide quæ ibi no. dicuntur per Bald.

c ℂ An videor tibi. Vendito equo videtur vendita sella. Et adde ꝙ non solū veniet sella sed ornamēta quæ erāt in equo tēpore venditionis, & ante p duos dies. d. l. ædiles. §. vēdidi. quod bene no. et vide quæ dixi in di §. vsque adeo. supra cōmo. Istis adde quod no. bal. in l. ij. in fi. j. col. de ædi. actio.

d ℂ Si epistola. Vide doct. in c. cum dilecti. de do. et contu. vbi dicit, ꝙ citatio pōt cōmitti proprio nuncio rei, & potest cōmitti parti. allegat Bar. hic, & in d. l. iuste. vide d. c. cū dilecti. vbi papa cōmisit nuncio rei. Andr. Barbat.

e ℂ Cōtra quod opp. Quid in mero executore, vide Bal. in l. si seruus legatus. §. eū qui. de lega. j. Andr. Barbat.

f ℂ Leuissima culpa. De qua culpa teneatur pcurator, et qd in nuncio, vide Bal. ī l. a procuratore. C. mand.

a ¶Leuissima culpa. Vide Bal.in d.l.qđ Nerua. ff. depositi. versic.tertio quæro. in antepe.col.

b ¶Serui & filij. Vide hic ꝙ inter dominum & seruum non oritur obligatio,qđ inter Abbatẽ & monachum.vide Bald. in l.cũ affirmes.C.đ li.cau.

c ¶In processu declaretis.In processu potest & debet libellus ambiguus declarari:vide Bar.in l.inter stipulantem.§.j. de ver.ob.& in l.nõ solum.§.sed vt probari.deo per no.nñ.

d ¶Nihil operatꝰ. Ista ba plus minus,apposita in libello, nihil operantur. vide oĩno tex.& Bald.in l. Publia.§.Titius.de positi.Et de libello vide in simili de hac incertitudine Imol. in c.ex parte Abbatissæ.de priui.glo.in c.cũ interdũ.de ver. signi. De ista autem dictione plus, vide Bal.in l.ab hostibus §.sed quod simpliciter.ex quib.cau.ma. & ff.si qs cau.in l.& si post tres. Adde an procedat libellus, ꝙ talis surripuit,& celauit aĩo furandi, & contrectandi res, & bona,quæ ascendũt ad æstimationẽ centum,saluo errore calculi. Bal.cõ.cvj.j.li.

e ¶Vulgaris.Pœna ĩponetꝰ. Adde not.in l.inficiãdo.§.infans. j.eo.vide Io.Calde. & Io.de lig.in cons. inci.vnum an multiplicanda pœna.& alio incip.in q.huius thematis rei,&c. & no.Bar.in l.nunquã plura.& ibi Imol.s. de priua.delic. vide gl.et ibi Bal.in l.mariti.§.sex mẽsium.j. de adul.& gl.et bar. in l.diuortiũ de pœnis.& glo.& Bar.in l.mariti.videlicet ꝙ tot dicuntꝰ delicta, quoties luxuriatum est.& sequitꝰ bal.in c.j.§.quibus.de priui.quẽ videas.& vide Bar.in l.ei q.s.eo. & quæ dixi in d.l. nunquã plura.& vide gl.ij.q.vij.mutante,& xxvij.q. j.cap. virginibus. adde vt per Bald.cõ. ccxlvj. j.li.& melius consil. cclxxiij.ij.li.vbi ponit de intelligen. statuti,ꝙ ꝑ tribus furtis quis damnetꝰ ad furcas.

vt facere procuratorem ad iudicia:tũc ꝓcurator teneꝰ de leuissima culpa[a] quia vꝰ asserere se peritũ in illa peritia,quæ in iudicio requiritur suscipiendo mandatũ.Ita loquitꝰ l.à procuratore.& quod no.ꝑ Dy. in c.imputari.de re.iu.lib.vj. Quãdoq; mãdatꝰ aliquid,quod requirit diligentiã non tantam:& tunc teneꝰ de lata & leui:quia ita diligenter videꝰ se asserere prout illa res cuius mãdatum suscepit, requirit:vt l. in re mandata.C.man. Quandoq; mandatur aliqd,ꝙ nullã reqrit diligentiã:qa oẽs scirent facere:vt portare vnam literã,seu epistolã,vel aliquid aliud de vno ad aliũ: & tunc non teneꝰ, nisi de dolo & lata culpa,nisi pretium susceperit,seu custodiam in se receperit:vt hic.Simile in mandato,
4 †qđ videꝰ fieri fideiussori ꝙ soluat:Nam fideiussor non teneꝰ,nisi de dolo & lata culpa:vt l.fideiussor.circa prin.s.man.Facit bene l.ij.s.de pig.contra istud vltimum ita debetis intelligere hanc legem.

Creditoris.

Dominus. Nota quod dicit, q̃si pignoris loco. Quæro circa hoc,quid si cadat à possessione,vtrũ habeat hypothecariam? Certe nõ,quia tex.dicit, quasi pignoris, non pignus proprie.ad quod facit s.de le. j.l.domos.la picola,cum l.seq.

Ne cum filio. Opp. ꝙ sit ciuilis cõstitutio,vt in §.hi qui.Insti.de ob.q̃ ex deli.nas.Solue vt in gl.Item opp.in l.si quis vxori.§,sed si filius.j.eo.Sol.ibi de castrensi,vel quasi castrensi.

b **Serui & filii.**[b] Vide qđ non potest agi furti ciuiliter:sed an possit agi furti criminaliter:dic vt in l. respiciẽdum, §.furta domestica.j.de pœnis.

Illud quæsitum. Iste §.legitꝰ duobus modis in gl.Primo in Bonæ fidei possessore & pro ista lec.faciunt multę sol.contrariorum,& pro hoc facit etiam tex.qui dicit de vsucapione:quæ vsucapio in dño vero non caderet.Secundo modo legitur hæc lex in vero domino:pro qua facit tex.qui expresse in domino loqtur.Ponamus ergo casum,vt litera iacet:& in contrarijs expediemus.Op. C.eo.l.apud antiquos. §.sinautẽ desinat.Sol.hic loquitur in bonę fidei possessore.ꝙ apparet ex eo ꝙ dixit de vsuca.ibi vero loquitur in vero domino:& ꝙ hic dicitur in tex.pluribus locis domino,expone,i. bonę fidei possessore,Ita intelliguntur quasi omnes gl.hic positæ:sed prout intelligeres hanc legem in vero dño,ad l.apud antiquos.rñd.ꝓut hic dicitur in ij.sol.qa ibi seruꝰ fuit postea reuersus apud verũ dñm:hic nõ. Secũdo opp.j.ad le.Aqui.l.si seruus seruum.§.serui.scđo responso.Sol.hic gl.vno modo, ꝙ aliud in Aquilia:aliud in actione furti: per rationẽ,quã hic assignat:ibi soluit aliter & melius:ideo tene illam sol.Itẽ opp.s.ea.l.in prin.vbi dicitꝰ,ꝙ dñs nõ habet actionem furti,pro furto serui.Sol.prout intelligis hic in bonę fidei possessore,non ob.contrarium,prout intelligis hic in vero domino,tũc gl.soluit ꝙ intelligatꝰ de furto ꝙ commisit, dũ esset apud scđm bonæ fidei possessorem:tunc enim cum dñs nõ posset eũ seruum coercere:cessat rõ q̃ ponitꝰ in prin.legis.

1 *Æstimatio rei furatæ,furto probato probatur per iuramentum actoris.*
2 *Vas argenteum quando petitur,debet poni in libello de qua liga.*
3 *Libellus procedit,quãdo in eo aliquid certũ ponitur,licet adijciatur clausula,& plus. Clausula,& plus,adiecta in libello,nihil operatur,nisi postea probetur aliquid certum.*

In actione. Nota modum formandi libellũ, qualiter res certa debet poni in libello. Opp. s.de leg.j.§.si quis argentũ.s.depo. Dicit gl.aliud in deposito:vbi deponẽs potuit sibi prouidere,ꝙ nõ est in furto.Sed tũc op.qũo poterit duplari,vel quadruplari si nescitur pondus alicuius vasis.Rñdeo,ꝙ hic dꝛ,sufficit quantum ꝑad dandũ libellũ:nõ quãtũ ad condẽnationẽ ferendam:
c nisi postea in ꝓcessu declaretis[c] de pondere,vt not.ĩ d.§.si qs argentũ.vt hic in vlt.gl.In prin.huiꝰ l.sup ver.debet.puto ꝙ li
1 cet in actione depositi ꝓcederet ꝙ dictũ est:tñ†contra furem probato furto de æstimatione statur iuramento actoris. C.vñ
2 vi.l.si qñ.dicã in l.quidam tabularũ.j.eo. Vlterius quæro,†cũ materia argentea sit diuersarũ specierũ:alia est enim liga perusina,alia liga Senẽsis,& alia est liga Venetorũ:vtrum debeãt ponere in libello de qua liga sit.Rñdeo,sic hoc ẽm totũ pertinet ad declarationem materię, & si hoc ignoratꝰ:nõ põt sciri
3 æstimatio:vt l.cum aurũ.s.de au.& ar.leg.† Vltimo no. ꝙ hic dicitur in tex.aureos tot,plures ve,ꝙ admittatꝰ libellus, quando pono aliqd certũ,& adijciã clausulã illã,et plus:tñ ista clau
d sula,plures ve,nihil operatꝰ,[d] nisi postea probetur aliquid certum:vt l.cum furti.s.de in li.iuran.

Qui rẽ. Op.de l.si rem §.fi.s.de præscrip.ver.& l.si vendidero.in fi.j.eo.So.ꝙ hic dicitꝰ: nõ possidebat: intellige si aliquo tẽpore creditor cœperit possidere,debitor tamẽ postea rogauit à creditore precario, & sic creditor saltẽ ciuiliter possidebat.Alij,vt Irn.dicunt,etiã si nunq; creditor possedit cõmitti furtum debito:quod potest procedere quãdo specialiter erat obligatus.& videbitis.j.eo.l.si is q.in prin.

Cum æs.

Si bona. No.casum,in quo fit furtum,& cõpetit actio furti,& nõ est res furtiua.De hoc vide gl.in l.seqꝰ.§.si rẽ.s.de vsuc.Op.d.l.si de eo.§.fina.de acq.pos.Sol.alio casu ibi loquitur:ita dicit glo.ꝙ declara:nam ibi dicitꝰ ꝙ rei ꝓprie,qs nõ est clãdestinus possessor,nec dicitꝰ clãdestina possessio:ita ꝙ hic nõ dꝛ furtiua possessio , nec res furtiua,et ideo si cõueniretꝰ interdicto vti possidetis , vel vtrobi,iste dominus nõ posset sibi obijcere,ꝙ possessio ista sit clãdestina,sed bene teneretur furti.Op.de l.ij.§.hac actione.j.vi bo.rap.Sol.ibi non fuit in dolo,qa putauit sibi licere. Op.j.e. l.qui iniurię.§.fi.Rñ.ibi habebat ex causa lucratiua ille,cui res est subrepta,ita ꝙ sua nõ intererat,si res est subrecta . Secus si sua interesset:vt ibi patet. Vlterius opp.ꝙ vsucapio hic sit interrupta propter naturalem interruptionẽ,vt l.naturaliter.s. de vsucap.Sol.hic non interrumpitur vsucapio,qa res fit furtiua:sed propter interruptionem possessionis.posset ergo de nouo incipere possidere,& vsucapere.

1 *Qui pluries ad uxorem alicuius accedit,una tantum pœna tenetur.*
2 *Actio furti quod nascatur ex assidua contrectatione,quando res iterum reuertitur in potestatem domini.*
3 *Statuto stante, quod si quis percusserit aliquẽ cum sanguine in platea manuꝰ sibi amputetur:aliquis percussit Titium in platea cum sanguine pluribus percussionibus, an sibi debeant ambæ manus amputari.*

e **Vulgaris.**[e] Hæc lex diuiditꝰ in tres partes.primo ponitꝰ qõ.secundo responsio Offilij,& eius ratio & illatio.Tertio ponitur responsio Iuriscõsulti authoris huius legis.& probo per exempla.Secunda ibi Offilius. Tertia ibi,sed verum. Nota text.ibi:qui autem &c. Pro declaratione huius tex,quæro,qualiter iste ver.nam & q̃ inducitur ad probationẽ determinationis Iurisconsulti.Rñ. quod secundum quod sentit gl.& Dy.cũ iste tex.dicat,eiusdem rei manifestus fur erit, & non manifestus: videtur dicere quod de alijs non est fur, vt lege cum prætor.s.de iudicijs.Opponi.de dicto Officij ad dictum Vlpiani.Soluit gl. Offilius loquitur de rigore:sed Vlpianus loqꝰ de æquitate. Puto

Puto ꝙ Offilius nõ dixerit verũ, nec de rigore,nec de ęquitate.Non obstat ratio sua:quia qui aurẽ alicuius tetigit ,&c.qa illud loquitur in toto integrali,quod cõsistit vno spũ,seu vna elementatiõe,nec diuiditur.sed qõ nostra loquitur in toto qđ cõsistit in partibus separatis:& quod diuidetur vt aceruus frumenti. Ad idẽ oppo.j.de incen.rui.nau.l.ij.§.senatus.Solu. ibi est alius casus præterea ibi in toto perijt domino:vnde de toto interest. Itẽ opp.dicitur hic in fi.ꝙ eiusdẽ rei est fur manifestus,& nec manifestus:cõtra,imo ex prima cõtrectatione tãtũ tenetur:vt l.ei qui.s.eo.Dici glo.fateor ꝙ ex prima tantũ cõtrectatiõe tenetur:sed tñ plura furta sunt.Nã ex qualibet cõtrectatiõe est vnũ furtũ:sicut plura sunt adulteria,si pluries accedis ad vxorẽ alterius:tamẽ vna pœna tantũ imponeꝰ reo.Ita dicit gl.q̃ incip.imo vꝰ ꝙ tantũ ex prima cõtrectatiõe, &c. Ista sol.duo dicit,primo ꝙ plura furta sunt,sed illud est cõtra casum l.inficiando.§.infans.j.eo.Nec obstat l.quãuis.s.eo.vbi dicitur ꝙ sæpe furtũ fit:quia intelligo,i.sæpe cõtrectat:tamẽ v
1 nũ furtum est:vt dixi s.tit.j.l.nunquã.dicã in §.infans. †Scđo
a dicit[a] gl.ꝙ si pluries ad vxorẽ alterius accedis,vna tantũ pœna imponetur.cõtra hãc habes gl.in l.mariti.§.sex mensium.j. de adul.& si diuino.infra de pœnis.Respondeo, fateor ꝙ ex quolibet coitu nascitur accusatio.l.Iul.de adul.quia nũquã plura,&c.vt s.ti.j.l.nunquã.Sed qa pœna nõ est reiterabilis,quoniam pœna capitis imponitur pro adulterio:vt l.quãuis.in fi. C.de adul.pro tanto dicit gl.ꝙ vna tantum pœna imponitur. Ita debet intelligi ista gl. Licet ergo gl.ista in ista parte dicat verũ,tamẽ sol.in se ad cõtrariũ nõ est vera:vt patet ex prædi
2 ctis.Vnde gl.soluit †alio modo,quæ ĩcipit,eiusdẽ rei:cũ dicit ꝙ assidua cõtrectatione non nascitur actio furti:verũ est, nisi res iterũ reuertatur in domini potestatẽ:vt infra ea.l.inter oẽs. in fi.sed hic fuit cõtrectatio facta,& res dimissa in dñi ptãte, postea iterũ cõtrectata:merito ex qualibet nascitur actio furti:ar.l.sequitur.§.item Labeo.s.de vsur.& hoc tenet Dyn.& hoc vos teneatis. Opp.cũ omnes res hic fuerint cõtrectatæ: ergo ꝓ omnibus cõpetit actio furti,cũ furtũ sit,&c . vt s.e.l.j. in fi.Respõdeo:licet oẽs res fuerint cõtrectatæ,nõ tñ fuit animus lucrandi,nisi in vna re tantũ,s.in exportatis:vt j.l.ꝓxima. §.j.requiritur enim animus lucrãdi:vt cõpetat actio furti:vt l.
3 j.in fi.s.eo. † Quæro statutũ est in hac ciuitate,ꝙ si quis percusserit aliquẽ cũ sanguine in platea, amputetur sibi manus: modo quidam percussit aliquẽ pluribus percussionibus cum
b sanguine:an debeant amputari[b] plures manus? Habui hanc quæstionẽ de facto.Ista gl.facit ꝙ non:sed intellecta , vt dixi vobis,ꝙ hoc ideo fuit,quia pœna non recipit reiterationem, non faceret:quoniam manus sunt duę,vita aũt est vna. Vnde videtur dicendum,ꝙ si quidem statutũ dicit,amputetur manus simpliciter,& indefinitiue,non dicit quæ manus,s.dextera,vel sinistra:& tunc poterũt amputari ambæ.Sicut enim genus generalissimũ,vt pœna quæ est in quantitate,recipit multiplicationem:ita hic genus subalternum recipit multiplicationẽ,donec durat:ar.l.in ratione.ij.§.diligenter.s.ad l.Fal.Sed si dicit manus dextera:hic est aduertendũ: si quidem illa plura delicta præcesserunt,antequã de aliquo fieret condemnatio: tũc sufficit amputari vnam manum pro omnibus,sicut hic dicitur:ar.eius quod dicitur,ꝙ si vnus seruus cõmittit plura de
c licta,vna datione[c] illius indiuidui,dñs liberatur:vt l.si quis à multis.s.de nox.s.tit.j.l.nunquã plura.ver.sed si seruus.Sed si primo facta esset condemnatio de vno delicto,postea cõmitteret ille aliud delictum:tunc posset iudex alterare pœnam, vt amputaretur altera manus: cũ illa pœna amputationis manus dexteræ non posset amplius imponi:vt in l. hos accusare.§.omnibus.j.de accusa.

Si is qui. Differt iste §.à præcedenti:quia.s.fuit exportatio tantum in parte:hic fuit exportatio in toto: tamen animus furandi fuit in parte. Opp.infra proxi.§.Solu.vt statim videbitis.

1 *Veritas circa eandem rem magis inspicitur,quã opinio:secus si circa diuersas res.*
2 *Ex contrectatione rei,quando fiat furtum tótius uel partis.*

1 d **Si quis æs.** †Dicitur in §.si quia æs.quod inspicitur potius veritas quam opinio:[d] sed in §.præcedenti,& seq.dicitur contra.ꝙ inspicitur potius opinio , quam veritas.Sol.dicunt docto.hic,in §. si quis æs.inspicitur potius veritas:quia est circa eandem rem.in d.§.præce.& sequenti inspicitur potius opinio,quia est circa diuersas res.Ita dicũt docto.C. ad l.Iuliã de vi.l.quoniam multa.Dixi in l.diuus.j. de sica.vel secũdũ gl.magis rationabiliter in §.si quis æs.fuit error circa qualitatem , q error non facit cessare animũ furandi: sed in §.præcedẽti & seq.fuit error circa dominiũ,& facit cessare animũ furandi. Contra hoc op.de l.in actione.in fi.s.e.So.ibi sciebat ius alienũ esse , licet suum crederet:& eodem modo respõde s.l.ꝓxi.in fi. Item op.in ver.sed si causam.vbi error in dominio non impedit furtum.So.ibi loqtur in toto integrali nõ diuiso de se,nec ꝑ furem:ideo pars accedit,et error in dominio nõ excusat ab illa parte.Et iõ est ad
2 uertendũ†pro declaratione materiæ quãdoque totum cõtrectatur,sed pars exportatur:tunc illius partis tantũ fit furtũ,siue sit totum qđ consistit ex partibus separatis:vt hac l.in prin.& hic ĩ ver.sed & si de naui,&c.siue sit totum integrale cõsistẽs ex partibus cohærentibus:vt s.l.proxi.in fi.Quandoque totum exportatur, sed animus non est in toto:tunc aut animus errat in qualitate rei,et totius fit furtum: vt in §.si quis.Aut errat in dominio:& tunc aut erat totum integrale:& totius fit furtum:vt in ver.sed si causam de naui. Aut illud totum consistebat ex partibus separatis:& illius partis tantum , in qua animus fuit, fit furtum,vt in istis §§.dicitur.

1 *Regula ꝙ affectus puniatur,etiam si non sequatur effectus,habet locum ad actionem criminalem,non ciuilem.*
2 *In casu huius legis quis nõ potest puniri criminaliter pro furto:sed extraordinariè intrans domum alicuius animo furandi simpliciter,& non cum affectu furandi aliquam rẽ præcisè punitur extraordinariè.*

e **Qui furti.**[e] Opp.ꝙ delictum habeatur pro facto:vt l.si quis non dicam rapere.C.de epis.et cleri.
1 Sol.illa materia,†scilicet punitur affectus etiam si non sequatur effectus:habet locũ quantũ ad accusationẽ criminalem, vt in cõtrario:non quantũ ad ciuilem actionẽ: vt hic.Ita no.secũdum Iac.de Ra.et Pet. vt refert Cyn.in d.l.si quis non dicam rapere.in iij.opp.et in l.si quis ad se fũdũ.in
2 iiij.q.C.ad l.Iul.de vi.†tamẽ in casu huius legis nõ crederem quod posset puniri criminaliter de furto,quia non habuit affectum furandi aliquam rem præcise,sed intrauit animo furandi simpliciter,ideo punitur extra ordinem[f],tanquam de extraordinario crimine:vt l.pe.in prin.infra de extraordi.cri.

Item si quis. Gl.intelligit ꝙ totius est fur,quando contrectauit vt omnes tolleret.Ista expositio videtur contra tex.ibi,licet soluerit vt singulas,&c.Puto gl.dicere verum.& quod dicit,licet soluerit:intelligo vt tolleret singulas.hoc est,singulariter quamlibet rem,nõ omnes simul,forte quia si omnes simul portare viderentur,&c.

Si duo. Simile habetis in lege , ita vulneratus, in fine,supra ad legem Aquil.

1 *Qui coloni habeant condictionem furtiuam.*

a ¶Secũdo dicit. adde do.Bal.in d.l.quicũque.C.de ser.fu.vbi singulariter loquitꝰ: vide Barto.in l.j.§. vnde quæritur. de pub.gl.ĩ l.pen. de acti.& obli. super gl. in c.inuitare.vj.q.j. tex.in cap. sicut. de test.& ibi do.Abb. & ibi dixi tex. ĩ ca. ad apostolicæ.de re. iu.li.vj.& ibi Arch. Bar.in consi.incip. Ant.commisit. do. Pet.de Ancha.in cõsi.iiij. vbi singulariter seqtur do. Abb. in c.sicut dignũ. de homicid.Dy.in leg. nunquam plura delicta.de priua.deli.Io. de Imol.in d.§.vnde quæritur.And.Bar.

b ¶Debeant amputari. Vide q̃ no. Bart. in l.si gemina.j. arb. fur.cæsa.& per doct. in l.si fugitiui.et seq. C.de ser.fugi.& vide quod no.Bar . in l.sanctio.ĩ fi.j.de pœnis. & quod notat Bal.in l.vlt.co.in fi. ver.sed nunquid.C. de senten. quæ pro eo quod interest.

c ¶Vna datione. Vide q̃ dixi post Bar. in l.nunquam plura. in princ.iiij.col.s.ti. j.Sed quid si statutũ dicat, ꝙ amputans manum dexteram, puniatur in manu dextera,quæ in delinquente postea nõ reperitur,an poterit iudex mutare pœnam? Bald . videtur dicere ꝙ sic,in c.j.§. iniuria . versi.furtũ. de pa.iur.fir.in q. in ci.quæro qualiter debeat puniri ille qui abscindit alicui manum.& vide Bar.et quæ ibi dixi in l.hos accusa.§.omnibus.s. de accusa. Sed quid si statutum punit eruẽtem oculum nõ videtꝰ?dic ꝙ nõ includitur in statuto, secundũ Bal.in l.cõuẽticulam.in iij. col. de episco . & cleric. cum Bart. hic trãsit Imo.et Ange.

d ¶Quã opi. An in delictis inspiciatur potius veritas quã opinio,& econtra,adde pulchram distinctionem Bald.in l. si qs seruo.C.de fur.

e ¶Qui furti. Allegat istum tex.Bal .in l.si quis ad se.in ij.col.et seq.ij.not.& in vlti. col.C.ad l.Iuliam de vi.& adde gloss.no. in materia.et Bal.in l.si cõstit. C.si.regũ. dorum.

f ¶Extra ordinẽ. Vide quæ dixi in l. pe. de extraordin.cri.

a ¶Qui tabulas. Adde tex.in c.cum dilecta.de confirm̄.vtili vel inutili.vbi fuit scriptũ priuilegium in papyro.vide ibi do.Abb.post alios. And.Bar.

b ¶ Vltimo habetis. Adde do.Pe.de Ancha.in c.cum pridẽ. đ pac.vbi dicit tex. oppo. quem allegauit Bar.hic.& adde Bal.in l.pecunia.C. de sol.& quæ ibi remisi. And.Bar.

c ¶ Per instrumentũ. No.ꝙ instrumentũ cancellatum probat olim debitum fuisse & præsumitur satisfactum. Adde Bart. in l.in offerendis.C. de app.& etiam no. Bal.in rub.C.de fi. instru.in xiiij. colũ. ver.iuxta hoc quæro.not.Bar.in l.pluribus.ś.de his quę in test.delen.ꝑ Bar.latius.in l.fullo.§.q tabulas.j.eo.et facit ꝙ no.Bar.de sen.cãcellata, in l.acta.de re iudi.& Bal.in l.emãcipatione. C. de fid. instru. Tu vide oĩno Bar.in l.j.§.simili.de Lati.li.to. Adde quod voluit bar. cõs.ccxx.quod liberationum mercatorum cãcellatus dicatur cõis inter ipsum & creditores:& debitores quia licet sit cancellatus,tamẽ ꝓbat debitum pręcessisse.

d ¶ Vlterius quæro, An debitor possit cogi instrumentum facere, vide Bart.in l.si finita.§.elegãter. de dam.infec.& in l. ij.ś.solu.mat.& in l. dedi.in prin.de cõd. ob cau.& quod no. d.Io.in d.l.huiusmodi.§.si ita.de leg.j.vide Bart.& Bal.in l. nostram.in iiij.co.đ testa.C.de no.extra de test.in c.significauit.& ĩ cap.Albericus.& l.sicut datam C.de libe.cã.& dixit Bal.per illũ tex, in l.fi.C.de pac.conuen,ꝙ qñ procurator edidit instrumẽta domino,cogiẽ dominus ipse facere instrumẽtum de suscepto.& hic adde qđ dicit Bal.in l. plures apochis.& sequitur ibi Bal.C.de fid.instru.& vide Bar. & Bal.in d.l.nostram. C.de test.adde ꝙ ẽt debitor põt cogere hæredes creditoris, vt faciãt sibi instrumentum quietationis,de solutis defuncto, vel ꝙ reddant instrumenta cãcellata.vide Bal.consilio cxlix. et an creditor teneatur facere generalem liberationem

Si apes.

Item constat. Oppo. de l.cũ ĩ plures.§.messem.ś.loca.Huiꝰ timore gl. distinguit inter colonum qui colit numis & colonũ partiariũ. Vide gl.quæ incipit, hoc est:& ibi dum dicit,ipse solus:dic vt ś.diximus.In eo quod gl.dicit,ꝙ fructus percepti à fure sunt coloni qui numis colit,dicit male:nã tales fructus ita demum efficiuntur coloni,si sunt percepti ab eo, vel ab alio eius nomine:vt j.e.l.si seruꝰ cõmunis.§.locaui.sed fur non percipit iure coloni:ergo &c. Præterea,fructuarius habet plus iuris q̄ colonus:& tamen fructꝰ non efficiuntur sui percepti à fure : ergo nec coloni:vt l.si fur.ś.de vsufruc.Ex hoc sequitur ꝙ colonus talis conditionem furtiuam non habet:& sic male dicit gl. Nõ obstat iste tex.hic:quia hic nõ dicitur qđ fructus percepti à fure sunt coloni:sed dicit ꝙ colonus habet actionẽ furti:quia sua interest.Interest autem coloni hoc:quia si fur nõ accepisset,quã primum fructus fuissent percepti à colono,vel ab alio suo nomine:fuissent sui:vnde est impeditus colonus per furem:& istud est suũ interesse. & ista est vera rõ tex.quã tenet Iacob.de Are.In eo vero quod intelligit glo. de eo qui conduxit ad non modicum tempus, dicit verũ:quia ille habet vtile dominiũ. Item in eo quod glo,intelligit §.messem. in colono partiario hic,& ibi,non dicit verum:quia ibi dicitur ꝙ agiẽ ex locato:ergo loquitur in eo qui colit numis. Nã partiariꝰ ageret actione pro socio:vt l.si merces.§.vis maior.ś.loca.& l.cum duobus.§. si in coeunda,ś.pro socio. Præterea gl.alibi non facit differentiã inter colonũ partiarũ,& eum qui collit numis:vt l.eũ qui §,præterea.supra,eo.ti.Sed illa gl.non dicit verum in eo ꝙ dicit fructus,qui perci
1 piuntur per furem,effici coloni.†Pro huius igitur declaratione debes scire,ꝙ reperiuntur coloni quadruplici temporis. Quidam conducunt ad non modicum tẽpus:& isti sine dubio habent actionẽ furti,& condictionem furtiuam:quia habẽt vtile dñiũ. Quidã conducunt ad tps modicum:& isti qñꝙ numis colunt,qñꝙ dãt pensionẽ in alia materia:vt tantum de frumento,viuo,& oleo,non inspecto eo qđ percipitur ex fundo. Qñꝙ est colonꝰ partiarius:& inter istos est differẽtia:quia primus agit locati;secundus præscriptis verbis agit,quasi ex contractu innominato: licet quandoꝙ appelletur locatio:vt l.si olei.C.loca.tertius agit actione pro socio vt d.§.vis maior.Itẽ duo primi nullo modo faciunt fructus suos,nisi ab eis vel eorum nomine sint percepti:vt l.si seruus.§. loca.j.eo.& ideo si surripiantur non hñt condictionem furtiuam,quia non efficiũtur domini,sed habent actionẽ furti:quia sua interest:vt hic. Tertius eodem modo si haberet actionẽ furti,non condictionẽ furtiuam:tamen differt à præcedentibus: quia non habet actionem furti,nisi ꝓ parte sua,quia pro illa dimidia sua interest: alij habent actionẽ furti insolidum,

1 ☞Notarius potest scribere instrumentũ in tabulis de cera,uel de ligno,& facit idẽ.
2 Statutum quod habens instrumentum à decem libris supra,teneatur illud insinuare,cõprehendit instrumentum de decem libris,licet non sit exigibile.
3 Debitor põt petere à creditore,ut sibi reddat instrumentum debiti soluti.
4 Actor quod teneatur edere reo,ad exceptionem fundandam.
5 Instrumentum cancellatum,& inane,quod probet debitum præcessisse.
6 Creditor tenetur liberare debitorem per acceptilationem,si debitor poterit sibi reddi instrumentum debiti soluti,& creditor non haberet ipsum.
7 Creditor qui reddit instrumentum debiti soluti debitori,potest cogere debitorem facere instrumentum,per quod appareat debitum præcessisse,& debitum soluisse.

a Qui tabulas.[a] Not.tex.ibi:quid si iam erãt inanes:quia solutũ &c.Pro declaratione legis & gl.quæro primo,qd vult dicere tex.circa principium dum dicit,si tanti interfuit. Rñ.dicũt quidã,forte qa pars debiti erat soluta:& sic pro illa parte interest.hoc ẽ falsum:qa etiã toto debito soluto dicitur interesse:vt in versi. ꝙ si iam.dicendũ est ergo ꝙ hoc iõ,quia dicit,quia si forte aliæ probationes essent de parte vel de toto,non interest in tantũ. Itẽ intelligit gl.ꝙ an sit verũ,dicam incontinenti in seq.§.
Quæro qñ debitum est solutum,quid duplaẽ? Gl.respon. & bene,ꝙ totum:quia possibile est sua interesse in totum qđ
1 ibi continetur:vt j.e.l.fullo vel sarcinator.in fi.†Hoc præmisso habes notare. Primo quod si notariꝰ scriberet instrumentũ in tabulis de ligno,vel de cera,ꝙ faceret fidem,vt hic in prĩci. & l.j.in prin.ś.de bo.pos.secũdũ tab.& l. in cõmodato.§.sicut.
2 ś.commo.& ibi per Gul.de cu.†Secundo not.hoc arg.ad statutum cõis Perusij,quo cauetur,si quis habet instrumẽtũ donationis testamẽti,vel codicillorũ à decem libris supra,teneatur insinuare,vt intelligatur etiã à decẽ libris,si tanta quantitas est promissa:vel legata:non inspecto,vtrũ debitor sit soluendo,vel non soluẽdo,vt videbitis hic.Licet enim debitor soluendo nõ esset,possibile est ꝙ perueniret ad pinguiorẽ fortunam,& sic verũ est,ꝙ instrumentũ est de tanta quantitate,
3 quanta ibi contineatur.†Tertio,tu habes hic,ꝙ debitor põt à creditore petere sibi reddi instrumẽtum debiti soluti,vt hic
4 & C.de cõdi.sine causa.l.dissolutæ.†Ex hoc habes casum cõtra Azo.qui dicebat ꝙ actor non edit reo ad exceptionẽ fundandam.Ita no.in l.j.§.edenda.ś.de eden.& l.fina.C.de eden. Certe hic est casus ꝙ reus petit ab actore sibi reddi instrumẽtum debiti,vt possit fundare exceptionẽ suã,s.se soluisse. Vl
b timo[b] habetis hic,†ꝙ per instrumentum,[c] quãquã cancellatũ
5 & inane,ꝓbeẽ debitũ præcessisse:nã hic ideo retinet creditor
c instrumentum,vt possit probare fuisse debitum. Et videbitis
6 j.e.l.fullo vel sarcinator.†Quæro:circa hanc materiam quãdo debitor petit sibi reddi instrumentũ debiti soluti,& creditor non haberet ipsum:ad quid condemnabitur creditor? Certe vt eum liberet per acceptilationẽ:vt l.ab omnibꝰ.§.j.ś.de le.j.
d Vlterius quæro,[d] quando creditor reddidit†instrumentum
7 debiti,vtrum possit cogere debitorem facere instrumentũ,ꝑ quod apparet debitum præcessisse,& debitum soluisse? Certe sic:alias esset captio creditoris,vt hic videbitis. Probaẽ C. de fide instr.l.plures apochis.

2 ☞An debeat æstimari quãto minus creditor uenderet nomẽ debitoris propter instrumentum subtractum,quod habebat exceptionem paratam,& tunc non potest nisi per testes probari.

Inde potest quæri. In hoc ver.forma casum. Dictum est ś.proxime,ꝙ duplatur illud ꝙ continetẽ in instrumento,si modo tantum intersit. inde quæro &c.No.ergo,ꝙ si sunt aliæ probationes debito, non videẽ interesse:cõtra hoc oppo.quia aliæ ꝓbationes possunt deperire,ergo videẽ in totũ interesse,vt ś.eo.l.eum.§.Papinianus.dicit Hug.ista verba Iurisconsulti,quæ dicunt:sed nil videẽ,&c.ꝙ male sibi videẽ.Ita dicit Hug. Rationes ergo præcedentes sunt meliores. Alij,vt Pla.dicunt,ꝙ bene videẽ Iurisconsultus locutus:& quicquid est dictum ś.est dictũ philosophice,& disputando:hic vero loquitur determinãdo:sed nihil videtur,&c. Dy,& do.Ol.videntur tenere opi.Hug.gl. tenet opi.Pla.hic,& ś.in iij.gl.l.Ego credo gl.dicere veritatẽ, Primo per tex.huius legis.Secundo per casum in l.quidã tabularum.j.eo.vbi est expressum,ꝙ si tempore furti essent aliæ probationes,non videẽ interesse. Non obstat §.Papinianus. l.eum.ś.eo.quia ibi agitur de æstimando iure,quod habet ĩ re:

hic

debitori,vide per eundem consil.cccxlix.eo.volu.

a ¶Homicidio. Tene menti pro statuto, an præstans opem homicidio dicatur homicida. Adde quod no.dixit Bar.in l.nihil.j.de sica.

b ¶Qualiter puniatur.quæro qualiter puniatur præstans opem,vide Bar.in l.in furti.§.ope.j.eo.& quod no.Bar.in l.non solum.§.si mãdato.maxime ad fin.j. de iniurijs. & Bar.in l.nõ ideo minus. in vj.col.C.de accusa. Sed qualiter debet in accusatiõe dici, vide omnino Bart.in l.omnes.de agr.& censi.lib.xj. vbi dicit, ꝙ debet dici ꝙ sciẽs fecit. Itẽ nota qđ Inno.in ca. continentiã.de cler. percus.dixit,ꝙ illi q sint simul , videtur vnus alteri dare auxilium.quod est no. & reassumpsit Bal. in ca. j. de beneficio fratris. & dicit ibi Inno. ꝙ qui stat armatus cum alijs, licet nullum actum faciat , dicitur facere opẽ.quod dicit Bal. menti tenẽdum in l. raptores.C.de epis. & cle.& in l.j.in ij. colum.C.de ser.fug. Et vide Bal.in l.j.in vlti.charta.C.vnde vi.in repe.in qbus locis tenet idẽ quod Inno.vbi ś.& statutum dicens,si qs occiderit, nõ verificabitur in dãte opẽ.l. nihil interest. & ibi Bald. j.de sica. adde etiam hic, ꝙ ille dicitur opẽ præstare, qui suis verbis robur præstat, & aduersarijs minorẽ incutit,secũdũ Inn.in c.j.de homi.& generaliter vide Bar.in l. in furti.§.ope.et in l. si is qui rẽ.§.si tu. in fi.j.eo.& Bal.in l.si familia.ś.de iurisdi. om.iudi.& in l.j.C. de ser.fugi.Et an distinguatur an faciẽs facturus esset, vide Ang.in l.j.de eo per quẽ fa. erit. Et quis dicaẽ præstare fauorẽ,vide Bal. in l.ob hæc verba.ś.de infa. Et quid si in principali pœna ex post facto augmẽtatur,vel minuiẽ. Quid in pręstante opẽ: vide qđ no.Bar.in l.libertis. la.ij.§.posthũmis.de ali.leg.& dicit Bar. in d. l. raptores. C. de epis.& cle.& ibi Bal.& Bar.in l.j.C. de rap.vir.in qbusdã lect.ꝙ si aliqs accusaẽ de auxilio, debet deduci ꝙ tpe delicti ꝓbuit auxiliũ. sed qd si ꝓstaẽ auxilium nõ crimini,sed criminoso? dic vt in cle.j.de pœnis.& qd si statutũ dicit: si qs suis manibus occidit:an puniaẽ opem pręstãs? habes ꝙ nõ in d.c.cõtinentiã.& adde ꝙ tñ diceret ꝓstare opẽ scdm bar. in l.cuiusꝙ.j.ad legem Iul.maiesta.Et quid si in accusatione dicatur alter alteri præbuit auxilium , de quibus intelligatur. vide Bald.in l.ancillæ.C.de fur.& faciunt not.per Barto.hic,in fine.& an quis associando simpliciter dicatur præstare auxilium : vltra prædicta vide l.prima.C.de his qui latro.& tex.in d.l.j.de rap.vir.& Bal.in d.l.raptores.ad fi.& quod habeẽ in Cle.j.de pœn.& qualr puniẽ q præbet auxiliũ,cõsiliũ,& fauorẽ. & vide bonũ text. xiij.q.v.cũ hõ.& in c.si qs.cũ seq.& xxiij.q.vl.q aliorũ.& tex.de pœ.dist.j. in c.periculose.& si occidi aliquẽ,an socij puniaẽ q mecũ erãt : vide Inn.de homi.in ca. sicut dignũ.& Host.e.tit.§. qa pœna.ibi: qd ergo.ꝑ Io.An.de ele. in c.cupiẽtes.alias cęterũ.ĩ vj. addꝙ no. Bart.ĩ l. si vẽdidero: §.raptor.j.e.& l.fi.j. de sicar.& in l. fullo la.ij.j.eo.Et an ꝓstãs testimoniũ ꝓ aliquo dicaẽ præstare auxiliũ, vide Bar.ĩ l.post legatũ.§.his vero.in fi.de his q. vt ĩdi.Et ś.dictis adde, ꝙ licet aliqs sit præsens, & assistat alicui simpliciter, nõ diciẽ opem præstare:vt ĩ l.j.§. si in eo.& ibi Bar.ś.ad ad Syll. & si statutũ punit certa pœna cõmittẽtem maleficiũ: an verificeẽ in ꝓstãte consiliũ , & auxiliũ, dic vt per Guil. de Suza. in sua q.incip.pone qui sunt de facto : statutũ dicat, ꝙ qui facit. & adde ꝙ etiã ille qui mecũ stat à remotis armatus,si ꝑ eũ efficiar audacior,& offensus timidior, diciẽ præstare opem mihi. Bal.in l. non ideo minus.in iij.col. C. de accusa. An præstãs opẽ teneaẽ pœna pacis ruptę ,sicut prĩcipalis, vide Io. An.in addi. Specu . in. titulo.de treu.& pa.§.j.in vlt. add.& Imo.in l.si stipulatus fuero.đver. oblig.Et ad materiã vide oĩno Ang. hic: q limitat in hoc materiã. & Bal.ĩ l.j. C. C.de Nili agge.non rũpen. & Angel. & Sali.in l.j. C.de rap. virg. & requiriẽ vt opem præstans sit in dolo.Bart.in l.sæpe. in fi.de ver.signi. & dat Ang.practicam in auth.de teste. in §. si vero absint.ad probandũ me non præstitisse opẽ : quia debeo producere testes qui deponãt se fuisse præsentes in homicidio , & non potuisse me ꝓstare opẽ quin ipsi vidissent. Facit qđ no.ꝑ Cano. in c. ex tenore.đ test.Ad de qũo qs dicaẽ opẽ ꝓstare,Bald.cõsi.ccxx.iij.li. Et qualr teneaẽis,si qs venit ad te dicẽs, volo Titiũ interficere: & tu rñdeas , facias cito, aliter res tibi non bene succedet,vide Ang. cõsi.xxij. Et an assistens cũ armis dicaẽ opẽ ferre , vide Ro. consi.cxvij.Et qualiter qs dicaẽ dare auxiliũ bannito, vide Pau.de Cast.consil. ccxcvj. Et qualiter puniaẽ parãs venenũ cã occidẽdi , vide Bal.cõs.cxxj.v. lib.Et qualiter puniatur associãs ad delictum,licet ipse nihil commiserit;per eundem consil.ccccxxxvj.j.libr.

hic de iure æstimãdo quod habet extra rẽ. Præterea ibi inspiciẽ quod euenire potest, scilicet mors serui,quæ põt cõtingere sine culpa creditoris,sed ꝙ aliæ probationes pereant,nõ potest cõtingere sine culpa creditoris,qui habet in sua potestate agere con
1 tra suum debitorẽ.Quæro,† quid si habebat instrumentum & testes:subtractum est instrumentũ,quod habebat paratam executionem secũdũ formã statutorũ:vel saltẽ habebat probationem paratã de iure cõmuni:nonne creditoris interest? Certè puto ꝙ sic,ꝙ debeat æstimari sua interesse,quantò minus vẽderet illud nomẽ,ꝓpter illas ꝓbationes subtractas:arg.l.j.si hæres. ad Treb.

1 ☞Delens instrumentum animo lucrandi sibi,vel alteri, tenetur furti:si animo iniuriandi,& nocendi creditori,tenetur damni infecti iniuriæ.
2 Proijciens aquam,vel oleum in loco vbi est instrumẽtum tenetur lege Aquilia.
3 Interdictum de tabulis exhibendis,est præparatorium interdicti quorum bonorum.

Sed si quis. Dicitur hic ꝙ qui corrumpit tabulas,teneẽ actione furti : contra.ś.ad le.Aquil.si quis testamentũ.§.fi.sol.dicit Rog.hic subauditur ꝙ nõ amouit,scilicet tantũ:& hãc tenet
1 Dy.Alij dicunt,† ꝙ quando quis delet instrumentum animo lucrãdi sibi , quia erat obligatus in illo instrumẽto,vel animo lucrandi alij quem diligebat,arg.l.si quis qd perferendum.j.eo.tit.tunc tenetur furti:qa deletio illa non potest fieri sine contrectatione:sed si non fecit animo lucrandi , sed animo iniuriãdi,& nocendi creditori:tunc nõ tenetur furti,sed damni iniuriæ. Ita debetis intelligere.Ista enim est vera : puto e
2 tiam † ꝙ si quis sine cõtrectatione deleret, vt quia deiecerat oleum,vel aquã , in loco vbi instrumẽtum iacet , ꝙ tunc nõ tenetur furti,sed lege Aquil.secũdùm præcedẽtem solutionẽ.Secũdò diciẽ hic,delẽdo nihil ad pœnã adijcit:cõtra.ś.tit.j.l.nunꝙ.Sol.glos. duobus modis,& bene. Primò hic duo facta fuerũt eodem momento:ibi separatim. quod satis placet:qa illa duo tẽdũt ad vnũ, & eundem effectũ.Vel dic,ꝙ nihil adijcit, scilicet ad pœnã:bene tñ teneẽ noua actio
3 ne,s.ex lege Aql.& est etiã bona sol. †Itẽ habetis hic,ꝙ põt agi interdicto quorũ bonorũ:cõtrà , interdictũ quorũ bonorũ non cõpetit cõtra debitorẽ : vt l.vlti.ś.quorum bo. Sol.expone quod dicit quorum bonorum,id est interdicto de tab.exhib.quod est præparatorium illius interdicti.

1 ☞Instrumẽto deleto,in quo erat debitũ cõditionale,an agetur ad totum,an fiet executio statim? remissiuè.
2 Quando damnũ datur culpa,modus probandi interesse habetur in hac lege & in l.argentarius.§.cũ autẽ.ś.de edẽ.
3 Interesse probatur per iuramentum , quando damnum est datum dolo,vel furtum factum.

Quidã tabularũ. Ista est notãda lex, & pulcherrima : in hac lege habes casum expressum quod si tempore furti facti sunt aliæ probationes,nõ dicitur
1 interesse.† Quæro,qñ deletũ est instrm̃,in quo erat debitũ conditionale, vtrũ ageẽ ad totũ,an fiet executio statim ? Dic vt l. in l. Aqui.si deletum.ś.ad l.Aqui.& dixi in l.lo
2 cum.§.cõdemnatio.de tab.ex hi.† Quæro, vtrum sint alij modi probãdi interesse,quã illi qui ponũtur hic:& in l. argẽtarius.§.cũ autem.ś.de eden.Respondeo, in l.Aquil.si ponimus damnum esse datum culpa , non puto ꝙ sint alij modi probandi , nisi illi qui ponuntur his legibus. Sed quando furtum est factum, vel dãnum esset datũ dolo : tũc crederẽ ꝙ probato furto probareẽ interesse per iuramẽtũ:vt no.in.l.j.§.hoc interdictũ ś.de vi et vi arma.&.C.vnde vi.l.si qñ.quę probatio aduersus principalem debitorem non sufficeret.

1 ☞Actio furti manifesti est prætoria,& nõ datur cõtra opem præstantem furi:nec talis est fur manifestus.
2 Homicida quod non dicatur,qui præstat opem homicidio, licet puniatur de homicidio : licet dicatur homicida de iure Canonico:nu.4.
3 Percussor non dicitur ,qui præstat opem percussori, licet teneatur de percusso.
5 Præstans opem ad maleficium qualiter puniatur.

Is qui opem. Ista est notãda lex:& aduertas vt intelligas ar.ꝙ hic facit iu
1 riscõsultus,debes sic ĩtelligere.† Actio furti manifesti est ꝓtoria:vt Insti.de ꝑpe.& tẽpo.ac.§,j. & edictũ requirit:vt si quis teneatur illa actione,ꝙ sit fur manifestus:sed ille q præstat opẽ,nunꝙ est manifestus:imo ꝙ plus est,nunꝙ est fur : quia non contrectat:vt hic dicit gl.& probatur Inst. de ob. quæ ex deli.§,interdũ.merito nunꝙ potest teneri furti manifesti.Dico etiam ꝙ si comprehendatur in illo actu pręstandi opem,ꝙ non est fur manifestus:imo nec fur,vt dixi: merito illa actio non competit contra eũ. Ad hoc op.de l.hæc verba.j.de adul. Rñd. vt dixi,verba edicti sunt concepta in persona , vt fur manifestus teneatur illa actione furti manifesti:non aũt dicebant illa verba, pro furto manifesto:sed dicebant,fur manifestus:sed præstans opem non est fur:ergo &c.facit l.aut qui aliter.in fi.ś. quod vi aut clam.l.si seruum.§.amouisse.ś.de acq.hære. merito ille qui præstat opem, non punitur
2 illa actione,sed ista.†Et ex hoc sequitur ꝙ
a ille,qui præstat opem homicidio,[a] non est
3 homicida:licet teneatur de homicidio.†Itẽ qui præstat opem percussori, non est ꝑcussor,licet puniatur de percussione:vt mani
4 feste probatur in gl.huius l.†Canonistę tñ quantum ad repellendum aliquem à ministerio altaris , appellant homicidam illum, qui præstat opem homicidio:quod explo
5 retis ab eis.†Quæro circa hãc l.in casibus, in quibus præstans opem comprehenditur vel quia verba essent pręscripta in rem,vel
b hoc esset l. expressum : qualiter puniatur[b] præstans opem. Cyn.tangit C.de Nili agge.non rumpen.l.j.ibi nil determinat:tamẽ

a ℭ Opem præstãs. An præstãs opẽ teneatur de dãno dato ab alijs, vide Bar. post gl.in l.j.§.si his qui non homines.j.vi bo.rap. Et de materia huius legis vide p Imo.Inn.in c.sicut dignũ.do.Host.& gl.in cle.j.de pœnis. in verbo, defensant.& vide omnino Bal.in l.ob hæc ver.de insa. Itẽ an procedatur vt contra prẹstantẽ opẽ si quis consentiat in maleficio: tractat Bar.in l.si is qui. in fine.j.eodem.

↬ POMATES.

b ℭ Itẽ fallit. Itẽ limita nisi sequeret strages multorũ. Ita Ange. hic.& Barb in c.j. de offi.dele.col.xj. Item limita, quãdo præstitissem simplicẽ opẽ: vt puta, qa omnino illi sine me fuissent sufficientes ad faciẽdum delictum,& sic per me nõ est auctũ delictũ. Ita Ang.hic & in l.in furti.§. ope. j.eod.& Barb. ibi s. col.xij.& do. Ange. de Are. in addi. ad Ang.in tracta.male fi.in gl.in verbo, semper assistit dicto maleficio.& Cep. cõsi. xxvij.limita & alio modo, vt p do. Ange.ibi s.post Bald.in l.j.C.de castrẽ.pecu. et opi.Bar.hic tenẽt cõmuniter Cano.in c.j.de offic.delega.in iij.mẽbro.gl.ibi:s.d. Ant.de But.Car.& Imo.et Cep.& Pau. Fel.& Mod.Panor. ibi:et Fel.in c. sicut dignũ. col.iij.de homi.

c ℭ Reperiũtur diuersæ. An qualitas quẹ est in faciẽte, dicatur etiã esse in præstante opẽ: qd in mandãte, vide Bar.in l. nõ solũ. §. si mandato. ver.q̃ro vnde oritur j.de iniur. & omnino Bar. in l. verũ. j. de parri.& Bal. in l. non eo minus de accu.C.in vj.colũ. Et qñ pœna talis minoratur propter talem qualitatẽ, an videat inesse in præstãte opẽ. vide Bar.in l.qui seruo.§. itẽ placuit. j.eodẽ. Et istis adde Bal.in l.j.in iiij.contrario.C. de rapto. virg.& vide Barto. in l.ob hæc verba.s. de insa.& in l.cũ mulier.in iiij.col.sol.matri. Et vide Moder. in c.j in.xx.col.de offi.iud.delega. Adde an mandãs ita puniatur sicut executor, stante statuto ꝙ nullus corporaliter puniatur: nisi lege municipali caueat: & alio statuto caueatur, quod occidens occidatur, ita quod statim moriatur. Bald. consi.lij.iiij.lib.

referunt quidã, quod Dy.cõsuluit, ꝙ opẽ præstans[b] puniat media pœna eius qua puniretur principalis, per hãc legẽ. quæ determinatio est mala, p l.is cuius ope.j.de adul. & per l.nihil j.de sica.facit.l.j.§ incidit. j. ad Turpil. Ray.dicebat aut agit ciuiliter: & est verũ dictũ Dyni, vt hic. Aut agitur criminaliter: & tũc eadẽ pœna puniat: vt dictis legibus: & l.si quẹcq̃.C.de epis.& cle. ꝙ nõ placet. Pone in casu nostræ. l. ꝙ principalis fur nõ fuit deprehẽsus: certe in tantũ tenet opẽ præstans, q̃tum principalis: vt l.sæpe.circa fi.de ver.sig. Quid ergo dicemus? Videte dñi: ego dico ꝙ regula est, ꝙ prẹstãs opẽ punit eadẽ pœna, qua principalis punitur: vt legibus s.alleg. Fallit in casu l.raptores.C.de rap.vir.& in d.l.j. C.de Nili agge. non rumpẽ. qa sic est ibi expressum. Itẽ fallit,[b] qñ qualitates, ppter quas pœna debet augeri, vel minui, reperiuntur diuersæ[c] in persona facientis, & opẽ prẹstantis: vt hic. ꝙ tñ intellige vt statim dicã ad hoc vt cessant cõtraria. Pro cuius declaratiõe debitis scire, ꝙ quædam sunt qualitates, ex quibus augent quẹ superuenerũt prẹter propositũ delinquẽtiũ, ex postfacto extra ipsum delictum, vt deprehensio, de qua hic dicitur: & tũc quilibet punit secundũ ꝙ illa qualitas inest in eo, vt hic: propter qd dico ꝙ si principalis offendẽs est cõdẽnatus in plus, quia negauit, vel quia fuit cõtumax: certe si opẽ præstans fuit cõfessus, vel præsens, nõ cõdẽnabitur in plus, propter cõtumaciã principalis: qa in eo istæ qualitates cessant. Quædã sunt qualitates, quẹ insunt ab ipso initio tẽpore delicti, secundũ propositũ delinquẽtium: & istæ quidẽ insunt in psonis delinquẽtiũ. Exẽplũ: principalis occidens erat filius: opẽ præstans[d] erat extraneus. isto casu opẽ prẹstans punitur in plus propter qualitatẽ inhærentẽ ipsi filio principali: vt l.vtrũ.ad l.Põp. de parricidijs. & ideo, ꝙ si popularis præstaret opem nobili, quod punitur in plus secundum statuta huius ciuitatis: vel si ciuis præstaret opem forensi, ꝙ puniretur in plus, propter qualitatem inhẹrentẽ principali delinquẽti. Quædam sunt qualitates, quæ insunt tempore delicti, ratione loci, vel temporis, vel personæ eius, in quem deliquerunt. Exemplum, ergo præstiti tibi arma ad homicidium cõmittendum de die, tu commisisti de nocte: vel ego præstiti tibi opem stando ad tui securitatem extra plateam, vel extra ecclesiã: & tu commisisti in ecclesia: vel ego præstiti tibi opem, hoc est, arma ad interficiendũ Titium quando erat priuatus, tu interfecisti eum quãdo erat in dignitate positus: vtrum opem præstans[d] puniatur in plus, propter illas qualitates inhærentes ipsi delicto. Ista quæstio iacet in hoc an præstãs opẽ obliget ex delicto tunc cum opẽ præstat, an tũc cũ delictũ perficit? Certe tunc cũ delictũ perficitur: vt j.eo.l.qui seruo.ver.plus Pompo.& l.si quis vxori.§.necq̃ verbo.j.eo.& videtur gl.velle alibi ꝙ obligetur ex delicto propter mandatum, seu propter præcedentẽ opẽ. Ita sentit glo.in l.j.§.persuadere.s.de ser.cor.& Insti.eo.§.ope. Si ergo tunc obligetur: ergo in præstãte opẽ insunt illæ qualitates: quia de nocte incœpit obligari ex delicto, & in platea & in homine, & in dignitate videtur deliquisse sicut principalis: & ideo ẹquali pœna punietur. De hac ope dicam aliqua j.eo.l.in furti.§.ope. & l.qui seruo.§.fina.

SI quis quid perferendum. Vides hic, ꝙ si duo delinquunt circa idẽ, & in vno subest qualitas augmentandi pœnã, in alio cessat: in vno augmentatur qualitas. in alia non. Oppo. & videtur, ꝙ ille, qui rem perferendã, non teneatur furti: quia non facit animo lucrandi: ergo &c. vt l.j.§. fi.s. eo. Sol. non facit animo lucrandi sibi, sed alij: vnde sufficit ꝙ faciat animo lucrandi alteri.

QVi seruo. Qui prẹstat opem furto irregulari, nõ tenet furti: nisi furtũ regulare sequat. Nota tex.ibi: tunc tamẽ incipere teneri. Ad primũ dictũ opp.de l.Neratius.§.q̃uis.s.de ser.cor.dicit glo.ꝙ ibi secuta fuit fuga: hic non. hoc nõ est verũ, vt patet ver.plus Põponius. Veritas est ꝙ ibi fuit secuta fuga, & ille qui persuaserat recepit seruũ fugientem: vnde furtũ regulare commisit retinendo eũ, merito furti tenetur: arg.l.eos.C.eod. Item oppo.de l.consilij.j. de regu. iur. Sol. gloss.tunc de malo consilio quis obligatur de dolo, qñ non cadit in spãle nomẽ maleficij: & interest eius cuius consiliũ est datũ. Sed hic nõ interest eius: quia fuga non est secuta & si esset secuta, daretur alia actio specialis. s.serui corrupti: merito nõ cõpetit de dolo. In eo ꝙ glos.dicit hic ꝙ fuga nõ est secuta: dicit male vt patet in versi.plus Põponius. Sol. ergo sic: ibi loquitur quando ipse cui datum est cõsiliũ malum, vult agere contra dãtem: hic vero quando vult agere alius, in cuius perniciẽ est datũ cõsiliũ. Facit ad hoc l.ꝙ si cũ scires.s.de dolo. Itẽ oppo. seruus fugitiuus facit furtũ suijpsius: ergo illi q persuasit videtur præstare opem furto: & sic obligatur l.j.C.de ser.fugi. Gloss.soluit tribus modis. Primo verũ est ꝙ seruus fugiendo facit furtũ sui, si alius eũ apprehẽdat. alias secus. Cũ enim nõ sit qui principaliter teneatur nõ põt qs teneri accessorie tanq̃ præstans opem. Ista sol.non est vera in se: per §.itẽ placuit.j.proxi. Illud tñ ꝙ dicit gl. ꝙ præstans opem tenet accessorie, qualiter procedit, dicã in seq. §. Secũdo mõ soluit ꝙ sit furtũ ad impediendã vsucapionẽ, non quo ad alia. Tertia solu.est ꝙ ideo hic nõ sit furtum: quia seruus hic nõ aufugit: & sic cõtrectatio non est secuta. Hanc reprobaui: quia fuga fuit secuta, vt in ver.plus Põponius. quare sol. secundũ Ia.de Are.ꝙ seruus fugiendo facit furtũ sui: tamẽ hoc vocatur furtũ irregulare: quia inter furẽ & rẽ subtracta debet esse diuersitas, sed in seruo fugitiuo est vnũ & idẽ, fur & res furata: iõ furtũ irregulare est: & ideo qui præstat opẽ nõ tenetur furti. Secus si esset furtũ regulare, vt in ver.sed si alius.& in ver.plus Põponius. vbi dicit ꝙ ille qui persuadet vel mandat maleficium cõmitti nõ obligat, nisi tũc cũ maleficiũ cõmittit. Facit l.si qs vxori.§.necq̃ verbo.s.eo.ꝙ tene mẽti. Quæro quãdo quis persuadet alicui ꝙ fugiat, vtrũ est necesse ꝙ habeat animum ꝙ capiatur ab alio. Glo.hic videtur dicere, ꝙ nõ sufficit ꝙ sit secuta rapina vel furtum ab alio. Ista opinio videtur probari in l.verum.j. eo.titu. & ideo gl.videtur velle ꝙ quis habeat animũ ꝙ rapiatur ab alio. non dico ab alio certo, sed ab alio in genere. Ita intelligitur glos. j.l.proxi.& l.in furti.§.ope.j.eo.titu.

1 ☞ *Præstans opem dicitur teneri accessoriè: quia factum accedit facto.*
2 *Qualitas præstantis opem maleficio: cuius vigore augetur pœna non principalis minuẽtis attenditur.*

Item placuit. Habes quod licet principalis nõ teneatur: punietur tamen præstans opem. Contra, præstans opem accessorie tenetur, vt habes supra in princip l.& probatur.in l. non ideo minus.C de accus. Si sic: ergo nõ potest teneri, nisi teneatur principalis, vt l.Græce.§.illud supra de fideiusso. Solu. Quantum ad istum.§. dico quod principalis tenetur naturali obligatione, vt l.sed si damnũ. alias l.peculium.§.siue autẽ.& §.seq.s.de pecu. ergo ei potest accedere obligatio, vt teneat quis accessoriè efficacius, vt l.pupillus.s.de ver. obli.& hoc videt innuere tex.in l.si quis id quod.§.fi.de iur.om. iudi. vbi nullo modo tenet principalis: & tamẽ præstans opem tenetur.
1 † Pro cuius declaratione[a] debetis scire ꝙ præstãs opem dicitur teneri accessoriè, nõ quod obligatio accedat obligationi: quia quælibet obligatio est per se principalis. quod apparet: quia vno soluẽte alter nõ liberatur, vt d.l.si quis id quod.§.fi.& l.seq. & potest in plus teneri vnus quã alius, vt l.is qui opem.s.eo. sed dicit teneri accessoriè: quia factũ accedit facto. Non enim qs potest præstare opẽ alteri facto, nisi illud factum fiat, vt l.si is qui.§. si tu Titium.j.eo.& ideo merito sufficit principaliter fecisse illud factum ad hoc vt præstãs opem teneatur: nec requirit principalẽ esse obligatũ. Non enim obligatio accedit obligationi, sed factũ facto.
h **SIex lege.** [h]Hæc lex quotidie.allegatur hic in fin.& est duplex litera,vna est ne is:alia est sine ne: iõ reuoco in dubiũ hanc literã: Aliquis sciens aliquam repudiatã nõ iuste,duxit eam in vxorẽ? vtrũ cõmittat adulterium? secundũ vnã literã cõmittit adulteriũ:secũdũ aliã literã non. Sed gloss.concordat istas literas,vt si habetis nõ committit:dic verum est vt puniatur ea pœna,qua puniũtur alij adulteri sed mitigatur:qa sub colore qualisqualis matrimonij fuit factum.Si habetis hic affirmatiuã:tunc idem, sed non punitur tanta pœna,quanta puniretur si sub colore matrimonij non esset factum.Hæc lex
1 allegatur†ad quæstionẽ[i] de eo qui inter
i fecit non legitime exbannitum, & dicũt si interficiens hoc sciebat:tũc punitur:secus si hoc ignorabat,per hanc legẽ.Ita dicit Dy.Pro hoc ꝙ sciens puniatur,facit l.

stari, & sit liber a patre,& eius consi. apparet ciij.lib.j.
d ¶In crimine.Bal.dixit per hũc text.in l. j.in xvij. col. C. qui accus.quod in criminali non dantur dilationes ad probãdũ.
e ¶Ergo apparet. Valet probatio nulla data dilatione. Vide do.Abb.in ca. licet causam.de prob. in prima glos.& vide domi.Car.in c.in causis.de testi. Bart. in l.vnius.§. cognitorum.ff. de quæsti. Andr.Barba.
f ¶Sine dilatiõe. Probationes factæ non data dilatione ad ꝓbandum non valẽt. & adde do.Anto.in c.licet causam. in xj. col.extra,de probatio. & ibi tenet, ꝙ possunt istæ probationes fieri vsq; ad conclusionem in cã per ea quę habentur in c.auditis. de procurato. & in c.cum dile.de fide instrumẽto.Bal.in l.si quãdo. & in l.cum a nobis. de arbi.& Barto. in extrauagan.ad reprimendum.in ver.sine figura.Bald.in l. fi.š. de ferijs. tenet indistincte per hanc legẽ valere probationẽ, sine termino dato: imo & post terminũ secundũ eũ, nisi opponatur,de quo in l. j.§.initiũ.š. de post.
g ¶§.cogniturum. & ibi vide Bar.
h ¶Si ex lege.Ad hãc legẽ viđ qđ no. Bal. in ca.j.in prin. qbus mod.feu amit.
i ¶Allegatur ad quæstionẽ.Adde Bal. in l.nostram.in iij. col. C.de testa. & in l.j. ff.de testib.& quod no.doct. in l. huiusmodi.§.si ita cui.de leg.j.per Ange. in l. ex iudicati. C. si ex fal.instru.et per Ro. post Ange.in l.duo. ff.de acqui.hære. & Io.And.in tit.de accusationibus. §. nũc sequitur. ver. quartũ autem membrũ. & Bal.in l.iuris. C. qui admitti. Adde quod not.Bart. in l. non solũ.in iij. colũ. de oper. noui nunc. & ibi tangit Alexã. et quod dixit Bart. in l.j.§.& parui. qđ vi aut clam. & vide Bald. in ca.domino guerrã.in tit. hic si. lex Conra. Vnum tene menti perpetuo, quod singula. voluit Sali.in l.nullum.C.de iudi. ꝙ si aliquis est bannitus, & stat in ciuitate,& toleratur,quod si aliquis occidit ipsum, punitur non obstante statuto. & vide Angel.in d.l.si duo.

Hoc puto uerum: adde ... est commu[nis] ... teste Hypoli. ... [illegible]

Et do. Anto. in c. qa circa. de conſangui. & affini. Facit qđ not. gl. de tabellione cõdẽnato, poſtea relaxato, in auth. de tabellio. §. j. ver. nõ poteſt. Et ad q. Bar. hic facit quod not. Bar. in l. libertas. de ſtatu homi. & retuli in l. iij. §. trãsfugas. đ ſic, Et quid ſi occiditur deſcriptus in bãno, qui erat cancellatus ſed ignorabat. Ang. in l. filio. de liber. & poſth. dicit q impune potuit offendi. Faciũt no. per Bar. in l. nõ ſolũ. §. morte in xij. co. de ope. noui nũ. & Bal. in l. no ſtrã. de teſt. & vide Alex. in l. iij. §. ſi ſeruus. de acqui. poſſeſ. qui examinat, q ſi occidit bãnitus, qui appellauit, appellatione pẽdente: adde Bal. in l. j. C. ſi a non cõpetẽ. iudi. & ibi vide plura no. Et facit qđ voluit Ang. in l. j. ad ſi. de his q in teſtamen. delẽ. & cum Bar. hic trãſit Bal. in l. ex morte. ad legem Aquil. & Guido de Suza in quæſtione incipien. In ciuitate ſtatutũ eſt q ſi aliqs offendit, tenet q nõ puniť. & vide Bal. in l. eſt qui. de adult. & in d. l. j. in iij. col. C. ſi a non competẽ. iudi. & in l. j. C. de pœnis. per Bart. in l. ij. ff. ſi quis in ius vo. per Salice. in l. ſenatus. de his qui ſibi adſcri. per Bal. in l. ſi quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonẽ. de ædi. edic. per Io. An. in regula, quod quis. in mercu. & Sali. in l. cũ q duas. de adul. Adde, an occidens bannitum, qui habe bat ſaluumconductũ, puniatur, Pau. de caſtro cõſi. xxiij. de quo etiã per Ange. conſ, clxxxvij, ¶ Ad quæſtionem. An occidens bannitum ſi bannũ nõ tenuit, veniat punien dus, vide Bal. in l. ij. §. ſi quis in ius voc. nõ ic. Bar. in l. iiij. §. condẽnatum. de re iudica. & l. iij. §. ſi ſeruus. de acqui. poſſeſ. Bal. in l. qui a latronibus. ſupra de teſtamen. & ibi Moder. Bal. in auth. q ſupplicatio. C. de prec. Impe. off. Bal. in l. j. §. de leg. Ange. & in l. cum vero. ff. de fideicom. libe. & d. §. ſi ſeruus. vide Bal. in l. ex morte. C. ad l. Aquil. vbi allegauit Bar. hic Ang. in l. qs ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. de ædil. edic. & l. genero. & ibi Iacobus Butr. Bal. in l. huiuſmodi.

1 *Arma quòd non liceat habere de iure, licet conſuetudo non obſeruetur.*
2 *Arma portare quod non licet etiã defendibilia hodie licet de iure permittebatur aliquibus caſibus.*
3 *Vendere arma quòd non liceat, niſi illis, quibus eſt permiſſum: ſed conſuetudo hoc non obſeruat.*
4 *Qui habet homines in armis, nõ tenetur de publico delicto. Stante ſtatuto quòd condemnatus de violentia non appellat an condemnatus quia habuit homines in armis dicatur de violentia condemnatus.*

LEX I.

LEge Iulia. [a] Tractať hic de iſtis armis: iõ formo tres qõnes. Prĩo, vtrũ liceat habere arma. † Tex. ẽ hic q nõ liceat habere arma, niſi rõne itineris, vel venationis: hodie vero indiſtincte nõ licet habere arma: vt in auť. de armis. & per totã illã cõſtitutionẽ: ſed illã cõſtitutionẽ vſus cõis nõ approbat. † Secũdo quæro, [b] vtrũ liceat portare arma? R ñ. hic triplex ius eſt. Nã de iure Digeſtorũ, ſi quidẽ aliqs vult portare arma extra ciuitatẽ eundo p itinera: tũc poteſt: vt hic, ibi: itineris. Aut vult portare per ciuitatẽ, vel in aliquo loco, in quo ſit adunatio gentiũ, aut in alĩ quo loco, vbi ſit forum iudicij: & hoc non licet: [c] vt hic in l. iij. §. j. j. eo. & l. q dolo malo. §. j. Sed ad hoc eſt aduertendũ, q iſtud eſt verũ de armis offendibilibus. Nã iſtę leges ꝓhibentes nõ loquũtur niſi de telo quod eſt ad nocẽdũ, vt in eis apparet: ſed arma defendibilia nõ reperiť q ſint ꝓhibita portari, per hæc iura: imo etiã offendibilia põt portare ille cui expedit. j. eo. l. pe. §. fi. Et hoc de iure Digeſtorũ, ſed de iure Co. indiſtincte nõ licet arma portare niſi de pricipis licẽtia. C. vt armorũ vſus. l. j lib. xj. de iure vero Authẽticorũ exprimitur plus: quia exprimuntur etiam arma defendibilia, vt ſcuta, & ſimilia: vt in auť. de armis. §. penul. fallit in gladijs paruulis, qui nõ ſunt in vſu nocẽdi, & quib⁹ qs in plio nõ vtiť, ſed ſunt ad incidẽdũ pa nẽ, vel ad tẽperãdũ calamũ, & ſimilia vi in [a] auth. de armis. §. pe. Aduertendũ eſt [d] in hoc ne fiat fraus, ne quis dicat ſe porta re cultellũ aptũ ad incidendũ panẽ, cũ ſit ad offendendũ: qa tunc talis cultellus armorum appellatione continet, cum ſit talis q nocere põt: vt j. eo. l. armatos. & l. pe. §. telorũ. ſed per ſtatuta ciuitatũ nõ puniť ille qui portat, niſi cum eis ſit inuentus: de qua inuentione dixi ſ. de acq. poſ. l. j. in prin. & tangunt doc. in l. licet. C. de acq. poſ. † Tertio eſt videndũ, vtrũ liceat vendere arma. Tex. hic videť q ſic in l. excipiunť, ſed hodie eſt correctũ: qa nemini licet facere arma, vel vendere, niſi pſonis deputatis ad hoc: vt d. authen. de armis. et not. C. de fabri. ſuper ru. tñ cõſuetudo, ſecundũ q vos videtis, hoc non approbat.

4 † Quæro, vos videtis hic, q q homies habuit in armis. hac l. teneť: q̃ro vtrũ poſſit puniri iſte de publico delicto: qa hoies habuit in armis: & qa habuit arma. Puto qđ non: qa iſta duo tendũt ad eundẽ finẽ. Nã arma nõ hñtur, niſi vt habeant hoies in armis: ergo &c. vt l. illud. in fin. ſ. ad l. Aq. & q no. in l. nunq̃ plura. ſ. de priua. delict.

5 † Vlterius quæro, dicit ſtatutum cõis Tuderti, q dãnatus ꝓ violẽtia nõ põt appellare: aliqs fuit cõdẽnatus qa habuit homines congregatos in armis: vtrũ dr cõdẽnatus pro violẽtia? Tex. vť q ſic hic & in l. fi. C. eo. Nam vt videtis, teneť l. Iul. de viſed puto cõtra: qa ad hoc vt violẽtia ſit facta, impetus requiriť, cui reſiſti nõ poteſt: vt l. ij. ſ. q me. cau. Sed hic nullus impetus factus fuit in aliũ: ergo nõ põt dici violentia: eſt tñ quid præparatoriũ ad violẽtiã ideo punitur hac lege.

1 *Tribus modis fit iniuria alicui exiſtenti in domo uel caſtro.*

LEX III.

IN eadem.

EAdem lege. Trib⁹ modis fit iniuria mihi exiſtẽti in domo, vel caſtro † meo. Primo mõ expellendo me ꝑ vim & hoc vult dicere cũ dicit, deſecerit. Alio mõ dãdo mihi ꝓlĩũ. licet me nõ poſſit vincere & hoc vult dicere, expũgnauerit. Tertio mõ faciẽdo aliquẽ redimi, dicẽdo. dẽ dabor te, niſi deris mihi tantã pecuniã. & hoc vult dicere, cõcuſſerit. hoc eſt ꝑ vim pecuniã extorſerit: vt l. j. ſ. de cõcuſ. Nã oẽs iſti talia faciẽtes, & q adhibent hoies vt hæc fiãt hac l. tenenť. Et hæc l. facit cõtra perusinos, qui mittunt gẽtẽ ad talia faciendum extra ciuitatem: quia tenentur hac l. vt hic ibi: homines accommodauerit.

VIcoetu, [e]

SI de ui. Op. q hoc ſit ſuper fluum, qa idẽ diciť in prin. & in fi. gl. ſol. q in prin. reſpicit ad alterius poſtulationem, poſtea decernit proprio motu. Op. q ſit in arbitrio actoris eligere prius ciuilẽ, vel criminalẽ accuſationem: vt l. j. C. qñ ci. ac. cri. præiu. Qui dã fateneť cõtra. ſed hic ideo ſic diciť: quia accuſatio de vi prius erat inſtituta. Vel dic ſecũdũ Dy. q hic ꝓponebať criminalis accuſatio ab vno, & iudicium ciuile ab alio. Item opp. C. de ap. l. j. vbi diciť, q cauſa propriętatis, & poſſeſſionis ſimul agitari non poſſit. hic vi detur

[a] ſi ita. ff. de le. j. Andreas barba.
[a] ¶ Lege Iulia. No. bene, quod etiam ꝓ vi turbatiua præcedit accuſatio ex hac lege, ſecũdũ Bal. no. in l. momẽtarię. C. vnde vi. vide quod ibi dixi. & Bar. in l. iniuriarum. §. ſi quis. de iniur. & quando habeat locũ vide Bar. in l. crimẽ. C. eod.
[b] ¶ Secundo quæro. Vtrũ liceat portare arma. Iuxta hoc dubitatur, quid ſi ſtatutum punit violẽtiã cum armis vel ſine, an cõprehẽdat mulieres? Bal. per illum text. iuncta gl. in l. ſi conſtante. §. fi. ſolu. matr. dicit quod ſic. quod no.
[c] ¶ Non licet. Not. q ille, qui portat arma vetita, debet illa ꝓdere. Itẽ portãs arma præſumiť habere malum animũ, niſi porter ligata, & licitum eſt portare arma, vt qs ſe dẽfendat a latronibus: & ad placitum cõmunis, vel comitis eſt licitum portare arma: vt eſt gl. i. c. j. §. ſi qs ruſticus. & ibi Bal. de pa. tenen. & not. Ludo. in no. cclxvj. Sed vtrũ ſit licitum portare arma ꝓ occidẽdo bannitos: dic q ſic: vt determinat Nellus de ſancto gemini. in ſuo tractatu banitorum: hic Bono. diſpu. & ſequit Ro. in l. iij. §. ſed vtrũ. ad Sylla. & not. q quis punitur ſi ducat ſecum ſeruo armatos. l. finali & ibi Bal. C. eod. Et an ſit licitũ facere, vel vẽdere arma ponit hic j. Bar. hac in ca. col. in ver. tertio eſt videndum.
[d] ¶ Aduertẽdum eſt. No. quod ꝓhibitus portare arma, nõ videtur ꝓhibitus portare gladium ad incidendũ panẽ. Glo. ſingu. in auth. de armis. & vide Bartol. in conſilio incipiẽte factum ſic proponiť vbi cõſuluit de gladio acuto, & exiuit ſanguis, & loquitur ibi đ cultello magni nimi Petri apoſtoli percutiens & ampu tantis auriculam ſer ui, & loquitur ibi de ſanguine qui poteſt exire ſine percuſsione. And. Bar.
[e] ¶ Qui cœtu. Quero vtrum remiſsio facta per patrem valeat, & vide no. in l. j. circa prin. ſ. đ iniu.

detur contra Sol. Quidam dicũt q iſta duo, videlicet poſſeſſione vel dominio pro vno ponũtur, vel exponamus vt in gl. dicit, dominio, i. proprietate. & quod dicit pro poſſeſsiõe, i. ꝑ iure poſſeſsiõis: vt vſusfructus, vel emphyteuſis, & ſimilia. Itẽ oppon. de l. ordinarij. C. de rei vendi. & de interdict. l. incerti. Sol. eodẽ modo. Vel poſſumus intelligere, et erit alia lectura. & cõcordat cũ illa, vt dicamus quod hic dicitur, ſi de vi & poſſeſsione. hoc eſt, de violenta poſſeſsione, ſeu violenter turbata, & qđ ſequitur, vel dominio, i. proprietate. & ſecundũ hoc ponit hic ordinẽ petitorij, & poſſeſſorij. Ita loquiť gl. ſ. de iudi. l. ſi de vi. Tertio modo põt legi. q cũ aliquis cõueniret interdicto recuperandæ poſſeſsionis, vel interdicto retinendę, vt interdicto vti poſſidetis & opponebať exceptio dñij, dicitur certe hic q prius cognoſci debet de vi ſeu de violenta poſſeſsione cẽ de exceptione. hoc autem qualiter debet intelligi, q exceptio dominij repellat agentem poſſeſſorio, dixi in l. naturaliter. §. nihil commune. ſ. de acqui. poſ.

1 *An ualeat tranſactio facta de raptu.*

Et ſi pater. Quæro, vtrũ remiſsio facta per patrem valeat? Dicit glo. dic vt in l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ſ. titu. j. Certe ibi dicitur de adulterio, non de raptu.

1 † Quæro vtrũ valeat tranſactio facta de raptu. Gloſ. mouet hãc q. in l. trãſigere. & ibi ponit opi. C. de trãſact. Quidã q ſic: alij q nõ allegat l. j. C. qui. ex cau. ſer. pro præmio liber. ac. ſed doc. ibi tenẽt q nõ põt trãſigi de raptu: quia pater trãſigẽs puniť: vt l. j. §. pe. C. de rap. virgi. ergo nõ licet trãſigere. Ego puto cõtrariũ ꝑ l. tranſigere. vbi nõ excipitur niſi adulteriũ: ergo licet tranſigere. Itẽ ꝓbo per l. pen. C. q. ex cau. ſer. ꝓ præmio liber. accl. inducendo eã, prout inducit Ioã. An. præterea ratio quare non poteſt trãſigi de adulterio, eſt ꝓpter frequentiam. quæ ratio in rapina ceſſat. Non obſtat l. j. §. pen. C. de rap. virg. quia fateor q transigens punitur ex parte accuſatoris: quia nũq̃ ſibi permittitur: ſed ex parte accuſati, bene licet trãſigere.

1 *Officialis non admittens appellantem tenetur lege Iulia de ui.*
2 *Mittens aliquem mitratum ad aliquem iudicem, tenetur hac lege.*
3 *Verberans aliquem in tribus caſibus, incidit in crimen publicum.*
Primò ſi uerberat ambaſiatorem.
Secundo ſi hominibus coadunatis.
Tertiò, ſi uerberat animo occidendi.

LEge Iulia de ui. [a] Tene mẽti † iſtud principiũ: quia iſti tales officiales, qui non admittunt appellãtes, tenenť hac lege, & cõdẽnati erunt infames. † Secundo no. tex. ibi: aut quid in collum iniecerit. q qñ aliquis mittit aliquẽ ad aliquẽ iudicem, ſeu ad epiſcopum cum mitra in capite, quod tenetur hac lege.

Tertio ad verſi. itẽ quod ad legatos. † no. q ſi aliquis verberat aliquem, non eſt crimen publicũ, niſi in tribus caſibus. Primo, quando aliquis eſſet ambaſiator, vt hic, ſecũdo qñ appellaſſet, vt hac lege. Itẽ quãdo hoc factũ eſſet hominibus coadunatis: vt j. eo. l. qui dolo. §. pen. & j. titu. j. l. ij. & C. eo. l. iiij. Item quando aliquis hoc fecerit animo occidendi: licet non occiderit: vt j. titu. ij. l. j. §. j.

Vi dolo. [b] Not. contra Priores huius ciuitatis, qui minantur rectoribus, ne iudicẽt, ſicut debent: quia tenentur hac lege.

Ege Iulia cum l. armatos. [c] De hoc dicam j. eo. l. pe. §. telorum.

1 *Appellatione telorum & armorum quid contineatur.*

IQui.

Telorum. Dicunt quidã q † appellatione armorũ continẽtur tantum arma of
[d] fendibilia, per hãc legẽ. [d] ſed nõ eſt verũ: quia hic dicit, telorũ. & fateor q appellatione telorum non continentur niſi arma offendibilia: ſed appellatione armorum continentur etiam defendibilia: vt l. armorum. j. de verb. ſignifi. & dicitur in auť. de armis expreſſe.

Ad legem Iuliam de vi priuata. *Rubrica.*

1 *Publicatio bonorum in hoc crimine, quod non fiat ipſo iure, ſed per ſententiam.*
2 *Damnatus ex hac l. non poteſt eſſe iudex, & quando opponatur hæc exceptio, quòd iudex ſit infamis. remiſsiuè.*

[a] ¶ Lege Iulia de vi. Officiales non admittentes appellantes tenentur hac lege, & ſunt infames. Itẽ adde q puniũtur pœna capitis ſecundũ Bal. in l. ſi qs filio. §. is qui. ſ. de iniuſto teſta. Pet. de Anc. in cle. j. de exceſsib. præla. dicit q in criminalibus, ſcilicet vbi agitur de pœna capitali tenentur pœna huius legis, & pœna, de qua not. in c. cũ dilectus. extra de ordi. cog. in gloſ. j. in cauſa

3 *Proceſſus factus per iudicem infamen, an teneat, ſi non fuit oppoſitum. remiſsiuè.*

LEX I.

[e] DEui. [e] Oppo. q ille qui aufert aliquid ex naufragio, teneať lege Iul. de vi publica: vt ſ. tit. j. l. iij. in fi. Sol. ibi cũ armis, hic ſine armis. † Itẽ quæro, vtrũ iſta publicatio bonorum fiat ipſo iure, vel per ſentẽtiã. hic ſunt opi. ſed puto [f] verã illã opin. q q per ſnĩam: non eñ dicit tex. publicata ſint: ſed dicit publicantur, qđ denotat q per ſnĩam: vt l. in criminali. C. de iur. om. iud. Quæro, dicitur hic, in cũ ordinẽ ſedeat. & c. dicitur hic, † q dãnatus hac lege non põt eſſe iudex. quæro, de hac exceptione, quæ opponitur iudici, quia non põt eſſe iudex, quia infamis. R ñdeo, vt dixi in l. quidam conſulebant. de re iudic.

2 † Quæro, ſi opponitur an procedat iudiciũ? Dic vt not. in ſpe. de iudi. dele. §. excipi poteſt. ver. ſed nunquid infamis.

1 *Conuocati tenentur hac lege, ſicut ille qui conuocauit.*
2 *Vis ablatiua, ut committatur, non requiritur quòd homines ſint uocati: ſecus in uo expulſiua.*

LEX III.

[a] NEc intereſt. Nota † text. ibi nec mĩnus, & c. Ex quo habes q conuocati tenentur hac lege, & c. eodẽ modo te-
2 nentur, ſicut ille qui conuocauit. † Secũdo non q quando committitur vis ablatiua, nõ requiritur quod homines ſint coadunati: ſecus videtur in vi expulſiua: vt j. eo. l. ſi quis aliquem.

Condunans gentem, ne aliquis ducatur ad iudicium, committit uim priuatam.
Accipiens condemnatum de manu familiæ, tenetur lege Iulia maieſtatis.
3 *Occidere bannitum, qui producitur in ius, an liceat.*

LEgis Iuliæ de ui. No. bene hanc legem: nã tota die de facto occurrit. † Nam ille dicitur cõmittere vim priuatam, qui facit coadunari gentem, ne aliquis producatur ad iudicium. Simile in auť. vt omnes obe. iudi. prouin. §. arripiat. Sed quando † quis arripit aliquem condemnatum ad mortem, teneť lege Iulia maieſta. vt l. cuiuſq. ſ. ad legem Iuliam maieſta. facit lege additos. C. de appel. & l. additos. C. de epiſ. audi. An autem liceat, † occidere exbannitum, qui producitur in ius, Dyn. ponit in l. laqueũ. ſ. de acqui re. do. Dicam j. titu. j. l. iij. in fi.

1 *Accipiens rem ſibi non debitam, qualiter teneatur. remiſsiuè.*
2 *Decretum de quo hic, ut habeat locum, requiritur quòd probet quòd intrauerit poſſeſsionem, & animo poſsidendi.*
3 *Dolus non requiritur, ut habeat locum decretũ de quo hic. Differentia eſt inter temeritatem & dolum.*
4 *Sententia an requiratur, ut ius credendi perdatur.*

REditores. Hæc lex habet eũdẽ tex. [f] quem habeat l. extra. ſ. quod mecau. & ibi hoc decretũ plene declaratur. Op. ſ. de fur. l. q vas. circa pri. ſolue vt ibi.

→ POMATES.
[c] ¶ L. iul. cum l. armatos. Vide Bar. in cõſi. fuo cvj. ſtatuto cauet q percutiens aliquem cum armis, puniatur certa pœna: quidã percuſsit cum dentibus, decidit q non incidit in pœnam ſtatuti: allegauit iſtam l. pen. §. j. vide ibi.
[d] ¶ Per hanc l. Et l. armatos. & in l. j. §. j. & quod ibi dixi ſ. de vi & vi arma. adde q licet veniũt lapides & fuſtes & alia ad nocendum: tamen illud eſt improprie, ſecundũ Angel. in l. ſi pignore. §. furem. ſ. de fur. vbi vide tex. & ſequit Ludo. in l. j. §. occiſorũ. in prin. ſ. ad ſylla. & ideo nõ cõprehenderẽtur in ſtatuto: vt eſt gloſſ. ſing. in cle. j. verſi. arma. de ſta. mo. & vide text. in §. occiſorũ. & ſi mittitur officialis ad inquirendũ arma portantes, nõ venit ſcholaris habẽs penniferũ cum temperatorio: nec ruſticus habens cultellũ ad incidẽdum panem, ſecundũ glo. ſi. in auth. de armis. §. fi. & notat Bar. in l. j. ſ. e. Itẽ nota q appellatione armorum proprie nõ cõtinentur arma ad defendendum, ſed ad offendẽdũ. & quę ſunt apta ad nocendũ qđ nota pro ſtatuto: quia non venit lorica & ſcutum, vt fuit de mente Bart. in l. j. ſ. eo. & Ro. in d. verſi. occiſorum. Quid autem ſi ſint arma & ad offendendũ, & ad defendendũ? vide Barto. in l. pecunia. §. argento. ſ. de aur. & argen. lega. Petr. de Ancha. in dicta clem.
[e] ¶ De vi. An iſta accuſatio, de qua in hoc ti. ꝓcedat etiam pro vi turbatiua. Bald. no. q ſic in d. l. momentariæ. C. vñ vi. Bart. contra. in l. iniuriarũ. §. ſi quis. de iniur.
[f] ¶ Sed puto. Vide quod not. in l. iubemus. & ibi Bald. C. de ſacroſanct. eccle. Andr. Barba.

a ¶ Creditores. Debeat intelligi. Adde Barto. in l. prima. ff. si quis test. liber esse iuf. fuc.

b ¶ L. Corne. Not. q̃ Potestas non potest cogere iudicem, vt ferat malam sententiam: imo si facit, tenetur. Bene facit q̃d no. Innoc. in c. pastoralis. in ver. iniustã. extra, de offi. delega. Facit C. de decurio. l. omnes, vide Bart. in l. qui dolo. & in l. j. supra ad l. Iul. de vi pub. & adde quod Bald. in cap. j. de pa. teneu. in princip. dixit, quod falsus testis debet puniri ea pœna quã subiret reus de crimine intentato pœna capitis, vel furcarum, quod no. item istum text. alleg. etiam Bald. pro sing. in c. j. §. iniuria. in fi. de pa. iur. fir. q̃ falsus testis in causa criminali, puta homicidij punietur tãquã homicida, si deposuit cõtra innocẽtem de dolo malo per text. hic singu. ibi ne quis falsum dicat. & de pœna testis, vide etiã Bald. in l. presbyteri. in ij. col. C. de episco. & cleri. & Bald. in l. ij. C. de reb. credit. & in l. data opera. in xij. col. in ver. his interpositis. C. qui accus. & oppo. ad no. per Barto. hic adde Ang. de Are. in tracta. maleficiorum. in versic. de consensu & deliberatione omnium iudicum.

c ¶ Diuus. Veritas est ista. Vide Bar. in l. j. ff. de va. & extraor. crimini. vide Bal. in l. si quis non dicã capere. de episco. & cleri. Host. in summa de pœnis. §. in quibus. per Ioannem Andre. in regula, in pœnis. in mercu. per eundem in cap. perpetuo. de electio. in vj. in nouella. per Bald. in l. si fugitiui. C. de ser. fugi. & in l. arboribus. §. Iulianus. ff. de vsufruc. & in l. data. in xxiij. colũ. C. qui accus. & in l. qui autem operas. C. de infami. per do. Anto. in ca. j. in vltim. char. extra de eo qui mit. in pos. causa rei seruan. Specu. in titu. de accusa. §. j. in ver. quid si primo. & per Barto. & Bal. in l. is qui cum telo. C. eod. & per Bal. in c. j. §. iniuria. Vlt. colũ. de pa. iura. fir. Lud. in l. damni. §. Sabini. in ij. col. de dã. infect. Ex opposito, nota, qualiter sit derogatum legi Corneliæ per sta-

Item opp. ff. de his quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. si debitorẽ. & l. nullus. C. de iudæis. Rñdeo: ibi non poterat haberi copia iudicis: erat enim periculũ si expectaretur q̃ iret ad iudicẽ, ideo permittitur q̃ sua authoritate faciat. Vlterius oppon. de l. j. §. rediguntur. ff. quorũ lega. fol. ibi videtis: qa ibi loquitur in re vacante à nemine possessa. Item oppo. de l. si quis in tantam. C. vnde vi. dicit gl. illa est magis generalis. quã ista. Item oppo. C. vi bon. rap. l. iij. Dic de hoc vt dicam in l. creditoris. ff. de fur. Item opp. de l. generaliter. C. de decu. Sol. speciale est ibi, qñ nõ põt haberi copia iudicis. Quærit †glo. q̃d si aliquis accepit aliquã rẽ nõ sibi debitã. Glo. de hoc disputat in l. extat. ff. quod me. cau. dic vt ibi. Extra glos. †quæro de duabus quæstionib⁹. Primo, ad hoc vt habeat locũ istud decretũ, vtrũ sufficit q̃ bare q̃ intrauerit possessionẽ tantũ, an habeat necesse q̃ q̃bet q̃ intrauerit, & q̃d animo possidendi intrauerit. Pro primo text. in in prin. videt esse q̃ sufficiat q̃ probet solum introitũ: sed puto quod debeat intelligi [a] ẽt de possessiõe vt possideat, vt appareat ex verbis decreti, ibi: temere possidere. †Secundo quæro, vtrũ requiratur dol⁹, vt habeat locũ istud decretũ. Certe videt q̃ nõ: quia tex. dicit temere, & differentia est inter temeritatẽ & dolũ, seu calumniã: vt l. j. §. quæri possit. j. ad Turpil.

4 †Vltimo quæro, dicitur hic, ius crediti nõ habeat. quæro vtrũ ad hoc requiratur sententia vt quis pardat ius crediti? Rñdeo, puto q̃ ex hoc decreto quis habeat exceptionẽ ipso iure. Itẽ habeat actionẽ ne iure crediti priuet. Pro hoc induco l. metũ. §. sed quod prætor. ff. q̃d met. cau.

SI creditor. Differt hæc l. à præcedenti: quia ibi loquit de pœna, quæ imponit ciuiliter ex decreto: hic loquitur de pœna, quæ imponitur criminaliter.

Ad legẽ Corne. de sica. & venefi. Rubr.

Potestas si procurat cum suo iudice, ut ferat sententiam iniustam, tenetur lege Corne. de sica. Et idem si priores facerent, ut potestas ferret.

LEX I.

LEge Corn. Circa hanc legẽ quæro, q̃d est hoc dictũ, q̃ quis falsum iudiciũ p̃fite ret. Dicit gl. vt p̃ferret falsam sententiam. Secundũ hoc †habes, si vnus magistratus, vt puta Potestas facit cũ iudice suo, vt ferat malã sententiã, tenetur lege Corne. [b] de sica. Idẽ si priores hoc facerent cũ Potestate, vt falsam sententiã ferret: quia tenetur hac lege. Item tenent lege Iulia de vi publi. vt ff. titu. ij. l. q̃ dolo malo. Alij exponũt q̃ qñ quis falsum iudiciũ p̃fitereť, i. falsum testimoniũ profe ret: & secũdũ hoc habes casum cõtra Potestates, & rectores terrarum, qui cogunt testes per tormenta, vt dicãt falsum: quia tenentur hac lege Corne. de sica.

Statuta non puniunt animum, nisi sequatur effectus.

Et qualiter animus occidendi probandus sit. & nu.

Diuus. No. hunc §. qui ponit duo dicta. vsq̃ ibi, & ex re. & ĩ vers. & ex re. ponit qualiter fiat probatio animi. tex. ibi: cucuma. & est quædã pars freni: vt C. nul. lic. ín fre. & seq. l. j. Cõtra hũc §. opp. de cõsuetudine, quæ nõ seruat hoc per totam Italiã. Ad hoc respondet Spec. licet l. caueatur, tamen consuetudine non seruatur: vt no. in spec. de accu. §. j. ver. q̃d si primo. Iac. de ra. respondet aliter. Dicit enim q̃ l. Corn. tenet, tamẽ minus punit: quia nõ est secutus euentus, qui euent⁹ cõsiderať in delictis: vt l. aut facta. §. euent⁹. j. de pœ. domini †quicquid ipsi dicant, veritas est ista, [c] per Italiam malefacia puniuntur secundũ statuta, nõ secũdũ leges: & ideo cum statuta dicant, si quis occiderit, &c. statutum illud non verificatur, nisi morte secuta: ideo animus occidendi nullo modo attendiť. Simile videtis in l. Aq. vbi dicitur, si quis occiderit: vt l. ij. §. ad l. Aquil. si aliquis non occiderit, sed alias mortis causam præbuit, nõ tenet directe l. Aquil. quia verba hoc non sonãt, vt l. itẽ si obstetrix. in prin. §. ad l. Aq. Et videbitis no. j. eo. l. nihil. sed in l. Corne. de sicar. erat expressum de eo qui habuit animum occidendi. merito ista lege tenetur. Ita debetis intelligere istam legem. †Secũdo q̃ro, qualiter animus occidendi probabiť. Dicit tex. hic ex qualitate percutiendi: ita probatur etiã C. e. l. ij. & ij. Debemus enim inspicere prius propositum, vtrum hoc faciat ex proposito, an fiat ex rixa, vel ex quodam impetu: vt hic apparet. Itẽ si in rixa fiat, debemus inspicere cum quo percussit, an cũ gladio, [d] an cum baculo, vel lancea: & si cum lancea, aut cũ ferro aut cum hasta. vt gl. dicit. & si cum bastone, aut percussit in capite, aut in alia parte corporis. Ita no. gl. in c. significasti. in fi. e extra de homici.

Item diuus. De materia huius §. vidistis in l. marito. ff. de adul. & l. si adulteriũ. §. ĩperatores.

Pater accusare potest filium pro graui delicto in ipsum commisso, pro leui non.

LEX II.

ANnauditum. Quæro quid vult dicere tex. inauditum filium. Dicit glo. inauditum filium, i. suppositum filium: ita q̃ nõ est filius: & sic non potest eũ accusare. & dicere q̃ non erat filius. Intellige si erat doli capax, quando fuit suppositus vt filiꝰ: qa forte pater erat absens. Hæc est vna expositio glo. Alio modo exponit gl. inauditũ, i. nõ accusatũ, vel inauditum, i. committentem aliquid inauditum. i. graue scelus contra patrem. Sed contra hoc oppo. q̃ quis non possit accusare personã ita coniunctam: vt l. hi tamen. §. j. ff. de accusa. Si quæris, †an filiꝰ possit accusare patrem: dic vt d. l. hi tamẽ. Sed si quæris an pater possit accusare filium: tunc si quidẽ delictũ esset graue, & commissum contra ipsum patrem, potest ipm accusare: vt hic. Sed si delictum esset leue, vel commissum contra alios, pater accusare non posset: vt l. propter. & l. si magnum. C. qui accu. nõ pos. Item opp. q̃ patri liceat occidere filium: vt l. nec in ea. in fi. ff. de adul. Sol. in casu illo licet occidere: in alijs secus secũdum hæc tempora: licet olim indistincte licebat occidere, vt l. in suis. de libe. & posthu. Non habetis alia.

LEX III.

IIusdem.

e Adiectio. [e] Vides q̃d triplex est species veneni: vt in tex. apparet per totã legem: quæ tractat de medicamentis, & venenis. Oppo. de l. si quis aliquid. §. qui abortionis. j. de pœ. vbi ille, qui dedit teneť & punitur vltimo supplicio. Sol. hic à principio dedit medicamentum causa cõceptionis: & sic causa rei licitæ: sed ibi cã abortionis, & sic causa rei illicitæ, & hanc legẽ, de qua oppo. alle. gl. tuta. & dum hic dicitur, quod statutũ hoc non verificatur nisi morte secuta, ad de Bar. in l. senatus. in vlti. co. ff. de accu.

d ¶ An cum gladio. Sed quid si occidi aliquem manu vacua, an debeam puniri, acsi cũ gladio eũ occidissem. Dixi in l. præterea. ff. de iniur. Et de ista materia vide in d. c. significasti. ef. ij. verſic. no. q̃ moderamen. & etiã in gl. fi. Et istis adde tex. & ibi Bal. in l. j. C. de emãci. ser. vbi quid si calce percussit. & vide ad prædicta Bald. in l. j. §. vel furtũ. de pac. iur. fir.

e ¶ Adiectio. Et ita limitatur dictus §. q̃ abortionis. Et ita loquitur Flo. allegãdo istũ text. p̃ multum nota. in sua quæstione, inquisitus quidã. in vltimo dubio. & vide q̃ talis dicitur proditor secundum Bal. in l. fi. C. de sum trini.

a ¶ Transfugas. Licite occidere. Et adde q̃ per istũ tex. dicit Ang. in cõsi. nos Carolus. q̃ assassini possunt a priuato occidi, si constat de eorũ crimine, & vide Bal. in l. si quis nõ dicam rapere. in iij. col. C. de epis. & cle.

b ¶ Statutum est. Et an poterit occidi a priuato in manibus familiæ. & vide do. Pet. de Anch. in ca. cum iuramento. de homici. vbi tenet q̃ non, & ibi voluit Bal. in l. iij. ff. de stat. homi. vide doc. in d. c. cũ iuramẽto. & in c. si. de Iudæ. & Manichæis. And. Barb.

c ¶ Manibus familiæ. Si bannitus interficitur dum est captus a familia, an occidẽs teneatur: Ange. per illũ tex. ff. l. Publius. §. j. de condi. & demon. tenuit opi. Dy. q̃ possit offendi. & Imo. ibi tenet contrarium, sequendo Bar. hic. Quid autẽ si non interficiatur, sed eripiať, vide not. tex. & ibi per Bart. in l. cuiusq̃. in fin. ff. ad l. Iul. maie. & de quæstione Bart. hic vide Bald. in l. libertus. de statu homi. per illum textum, ibi: seruare, non occidere. qui tenet idem q̃d Bar. hic: secus dicit ipse, si eẽt captus a priuato. Et ita intelligit dictã l. in laqueũ. Et ibi q̃d iuris si occidať bannitus citatus dum cõparet. Et tenet q̃ possit impune offendi, nisi sibi sit data securitas, & de ea constet occidenti. Sed q̃d si ducẽtes cum timore, ne arripiať eis, ipsum occidant, an impune faciant Et vide Bal. in l. addictos. C. de epi. aud. per fi. C. de Florẽ. in l. quẽadmodũ. §. magistratus. et in l. si seruus. ff. ad l. Aquil. per Bal. in l. fi. C. de malefi. Quid autẽ si quis occidat vnum, qui ducebať ad furcas, vtrum teneať de homicidio? vide Baldũ in i. fidei cõmiſ. §. fi qs. de le. ij.

d ¶ L. Corne. Quod rectores. Rectores tormenta inferentes cõtra iustitiã, puniũtur: vide Bald. in l. q̃nis. j. de quæstio. Idem si exequuntur sententiam criminalẽ pendẽte appellatione: quia decapitantur, secundũ Bal. in l. si quis filio. §. hi qui. ff. de iniust. testa. & Bal. in l. addictos. C. de epis. au. adde Bal. nota. in l. j. in xj. colũ. C. ne ex del. defun. & tex. no. in l. alleg. glo. pro concord.

1 ☞ *An quis occidit bannitũ in manibus familiæ, teneatur.*

Transfugas. Vides ergo q̃ transfugas & hostes quis a poteſt licite occidere[a]. Statutum est, [b] q̃ b †posit exbãnitus impune occidi, & fuit captus à familia: quæro, vtrũ in manibus familię [c] posit impune occidi? Dy. ponit hãc q̃nẽ in l. in laqueũ. ff. de acquí. re. do. & ibi se nõ bene firmat. Finaliter videť dicere, q̃ meli⁹ est q̃ ipse puniať: quia hominẽ de familiæ manibus arripuit: vt in auť. vt oẽs obe. iudi. puin. §. arripiant. & l. legis Iul. ff. ti. j. quã q̃ puniatur de occiso, qm̃ bãnit⁹ erat. Ia. de Are. disputauit hãc q̃nẽ, & determinauit sic, q̃ nõ possit occidi: & hoc p̃bat sic, per casum huius legis hostes licet occidere, vt hic: sed postq̃ hostis est captus, nõ põt occidi. sed debet seruari: vt l. & seruorũ. ff. de sta. homi, ergo exbãnitus, postq̃ est captus, nõ põt occidi. Ita dicit ipse, cuius determinatio mihi placet: primo, qa homines positos in carcerib⁹ nõ licet occidere: vt l. fi. ff. de custo. reo. Sed iste, qui est à familia detent⁹, vel ducit, põt dici incarceratus: vt l. qui neq̃. §. j. d. de verb. sig. ergo &c. Præterea illi, q̃ veniũt ad ciuitatẽ de necessitate, dicũtur habere securitatẽ interim à lege, vt dicimus in legatis: vt l. fi. j. de leg. & ff. de iudi. l. ij. §. legatis. vt etiã dicimus in testibu⁹, q̃ testimonij causa in iudicio vocanť: vt d. l. ij. §. itẽ his q̃ testimonij. ff. de iudi. Sed iste qui ducit à familia, venit de necessitate: ergo debet habere securitatẽ. Ille ergo, q̃ occidit ipsum, facit cõtra securitatẽ datã à lege: & sic incidit in legẽ Iul. maie. vt l. j. ff. ad legem Iul. maie. Facit ad hoc l. vlti. C. de malefi. & mathe. Rectores torquẽtes reũ, vel testes, contra iustitiam, si aliquis moriatur, tenentur hac lege.

Ege Corne. Vides ergo ibi q̃d lege permissum non sit q̃ rectores[d] q̃ torquẽt testẽ, † vel reũ cõtra iustitiã, & ex hoc aliquis moriatur, tenentur hac l. vt hic: etiam videtis ff. eo. l. j. in princip. & §. j.

Cum quidam. De hoc videbitis j. e. l. in lege.

Tres casus, in quibus absens damnari potest ultra relegationem.

Et in hoc crimine. Nota hunc versi. vide gl. q̃ incipit: qa nõ veniũt, &c. Glo. nõ dicit verũ. imo puniunt l. Corn. de sica. & hic est casus specialis, in quo absens dãnať in pœna quæ est vltra relegationẽ. † Et q̃ pœna sit vltra relegationem apparet ex præcedentibus, & etiã j. ea. l. in fi. Aliũ casum habetis C. de pœnis. l. ne diu. habem⁹ hodie tertiũ casum in quadã constitutione Henrici Imperatoris, quã promulgauit Pisis, in qua continet q̃ in crimine leſę maiestatis absens põt dãnari.

Lata culpa in pœnis corporalibus nõ æquiparatur dolo.

IN lege. In pœnis corporalibus lata culpa non æquiparať dolo, sed mitius punitur. h. d. Opp. ff. l. lege Corne. §. j. Rñ. q̃ hac lege nõ punit: vt hic. sed punitur extra ordinem iudicis officio minori pœna: vt ibi, & l. respiciendũ. §. delinquunt. j. de de pœ. Vlterius oppo. & videt, q̃ nullo modo puniantur, propter latã culpã: vt l. e si adulteriũ cũ incestu. §. nũnunq̃. [e] & §. ij. dẽ Imperatores. ff. de adul. Rñ. hic loquit de delictis q̃ principaliter in alterũ cõmittunt: in lege vero cõtraria loquit de delictis quæ personã alicui⁹ principaliter nõ respiciunt. Nã propter stuprũ, vel incestũ nõ punitur aliqs principaliter: vt l. nec in ea. §. j. de adulte. Item opp. de l. j. §. j. §. si mensor fal. mo. di. vbi lata culpa æquiparatur dolo. † Respon. vt gl. dicunt hic: & in l. in actionibus. circa prin. ff. de lit. iurã. & ponit etiã in l. si culpa. ff. de rei vend. tñ veritas est, prout dixi in summario, q̃ in pœnis corporalibus lata culpa nõ æquiparať dolo. In alijs autem quid iuris sit, dicã in l. j. §. j. ff. si quis testa. liber esse iussus fue. Dic vt ibi dicam. Hic non habes alia.

e

SImulier. De hoc dic plene per gl. in l. diuus. §. i. de extraordina. crimi.

1 ☞ *Furem nocturnum si eum non cognosco, & si nõ possum eum dimittere sine periculo personæ, uel rerum, possum occidere, & etiam diurnum, si non cognosco: alias nõ.*

2 *Possum occidere hominem pro defensione rerum mearũ.*

3 *Defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ, dicitur fieri quando aliter à periculo rerum, uel personæ quis non possit se tueri: & damnum sit irrecuperabile.*

4 *Possum te interficere, si aliter effugere non possum quin me percutias.*

f

VRem. [f] Opp. q̃ indistincte possit occidi, dũmodo cum clamore testificetur: vt l. ita q̃. ff. ad legẽ Aquil. dicũt quidã, quod hic dicitur, si parcere ei, & c. subaudi, maxime. Alij dicũt, q̃ illa lex loquitur secundum rigorem l. xij. tabu. hæc secundum æquitatem Iurisconsultorũ, quę æquitas 1 prævalet. Alij dicunt, † & ista est vera opinio, q̃ furem nocturnum ego possum indistincte occidere, si non possum eum dimittere sine periculo personę, vel rerũ: sic propter res licet hominẽ occidere, et hoc in fure nocturno. Sed in fure diurno g non est periculũ: quia si ego eum cognosco, potero rehabere: propter hoc dicunt docto. nostri, attenta ista ratione, q̃ si de nocte cognoscerẽ furem, non liceret eum occidere: & econuerso, si de die eum non possem cognoscere, eum tanq̃ furem nocturnũ, licet occidere. Ita tenent docto. C. e. l. si vt allegas. [g] Habes ergo ex l. ista 2 †q̃ pro defensione rerum mearũ ego possum hominẽ interficere. Pro hoc alias dixi, & dico nũc. Dicit in l. j. C. vnde vi. † q̃ h quis[h] põt defendere vi, cum moderamine inculpatæ tutelæ. Qũo intelligitur cum moderamine? Glo. ibidẽ ponit multa verba: sed tex. in l. scientiam. §. qui cũ aliter. ff. ad l. Aquil. hoc declarat. dicit enim sic. Cũ aliter se defendere non posset: tunc dicit inculpata tutela. Hoc autẽ intelligo sic, cũ aliter se defendere nõ posset à periculo rerũ, vel psonę. Vñ nõ debeo pati, q̃ me dãnifices in aliquo, si dãnũ esset irrecuperabile. alias secus: vt 4 hic. † Et ex hoc cõsequit aliud, q̃ si nõ possum effugere quin me percutias, nisi ego te interficiã, possum te interficere, p̃ hãc legem, cũ si. Ratio est: cũ enim quælibet iniuria personalis sit maior quauis reali: vt in l. in seruorum. in fi. j. de pœnis. & præter iniuriam realem irrecuperabilem, possum occidere: igitur multo magis pro personali, quod tene menti.

1 ☞ *Delinquens circa res in plus quam cogitaret, qualiter puniatur.*

lege Iuli. §. hodie. ff. ad l. Iul. repe. et dixit Bal. in rub. de pœn. iudi. C. & i l. j. in ij. col. q̃ si iudex de facto aliquẽ suspendit punitur simili suppli cio. Si autẽ de facto torquet, teneť iniuriarum puniẽdus p̃ motu iudicantis. q̃d not. ibi Bald. in ver. quæro vtrũ iudex q̃ nõ admittit defensio nẽ de facto torquẽs, quomodo puniatur. vide etiã Bal. in l. decuriones. C. de quæstio. et vide Salice. in l. fi. C. de pœ. iudic. qui ma. iudi. Adde qualiter teneatur iudex de eo qui moritur in tortura, Bald. cõsilio cccxxxvj. libro iij.

c ¶ §. nonnunq̃. Vide etiam ibi Bar.

f ¶ Furem. Hanc legẽ, & similes volentes occidi posse furẽ nocturnum p̃ vitando periculo rerum, limita, nisi immineret periculum perditionis rei vilis, quia tũc nõ est licitum occidere, nec vulnerare. l. si ex plagis. §. tabernarius. ad l. Aquil. Et dici põt res vilis a duobus aureis ĩ. Si enim parcitur famæ hominis pro re vili. l. si oleũ. §. fi. & l. seq. ff. de dolo: multo magis vitę parcẽdũ est. Ad quod optime facit l. si adulterium. §. liberto. ff. de adulte. secũdum Mathe. in suis nota. cxlij. & vide extra, de homicidio. & c. suscepimus. & istud est etiam dictum Bal. in l. j. C. locati. & Are. Insti. de accu. in §. j. alias ij.

g ¶ L. si vt allegas. Et ibi etiam dicit Bald. & doc. q̃ etiam si cognoscam furem diurnum, sed non possum aliter res furatas habere, quia est discessurus: q̃ possum occidere eum. Et ideo dicit, quod debitor fugitiuus si telo se defendat, potest occidi.

h ¶ Quod quis. Et contra istam decisionem est casus sing. secundum do. Abb. in titulo de homicidi. & vide quæ ibi dixi. Andreas Barba.

2 *Delinquens in plus circa personam offensam, qualiter puniatur.*
3 *Animus & cogitatio in pœnis spiritualibus magis inspicitur, quàm effectus.*
4 *Delinquens in plus quàm cogitaret circa alias personas, quòd puniatur.*
5 *Offendens alium per quandam consequentiam, an puniatur si non habebat animum offendendi, & eum nō tāgat.*
6 *Ex percussione facta alicui, per quam quis offenditur in consequentiam, si non apparet, de quo cogitauit, quid in dubio.*
7 *Delinquens in plus, si incidit in aliā speciem delicti, quam non cogitauit, qualiter puniatur.*

a **Diuus.** [a] Pro declaranda hac lege quero exēplū. & tria exēpla possunt poni. Primū qn̄ aliquis non habuit animū delinquēdi, tn̄ delinquit. Certe iste nō tenet: vt hic, & l. j. §. diuus. s. eo. hic tamen an puniat miti9 propter culpā, & qualiter, dixi vobis s. e. l. in lege. & videbitis. j. de pœ. l. respiciendū. §. delinquunt. Secundo modo pōt poni exēplū in eo qui habuit animū delinquēdi, tn̄ nō perfecit delictū. Nā punitur secundū animū, non secundū effectū: vt j. eo. l. j. §. diuus. Sed cōtra hoc opponit gl. j. de pœ. l. cogitationis. R n̄det glo. ibi stetit in finibus cogitationis: hic peruenit ad actū. Itē oppo. de l. j. in fi. s. quod quisq; iur. Sol. ibi loquitur in leuioribus: hic in grauioribus. Vel aliter. Impetrare rescriptum non est delictū: ideo nō facit ad ꝓpositū. Itē oppo. de l. qui falsum. j. de fal. Sol. ibi potuit delictū perficere, et noluit: hic non potuit. Hæc cōtraria tanguntur in glo. & materia ista expeditur per multos in l. si quis nō dicā rapere. C. de episc. & cleri. & tangitur s. de extraor. cri. l. j. & ibi dicam. Tertio ponitur exēplū de eo, qui voluit delinquere, & tamē delinquit plus q̄ vellet: vt cū vellet tātū percutere, interfecit, vel aliquid aliud: qd iuris sit tūc? Gl. nec hic nec alibi tāgit. Doc. tangūt in l. qm̄ multa facinora. C. ad l. Iul. de vi.
b quā materiā volo expedire p plures qōnes. Primo quæro, [b]
1 quid † si aliquis deliquit plus quā cogitaret circa res. distingue tres casus: qa aut delictū, qd facere ꝓposuerat, ad hoc tēdit: & tunc inspicit delictū, seu euentus, & nō animus: vt l. qm̄. C. ad l. Iul. de vi. & iō ibi violētia punit secūdū euētū: qa verisimilr illud delictū tēdit ad verbera, & homicida, & similia. Vn̄ si
c aliquis [c] ꝓposuisset mittere incendiū in domo vna: & ꝓpter hoc essent cōbustæ plures aliæ, tenet de omnibus: qa omne incēdiū ad hoc tendit verisimiliter: q dom9 cōtiguę cōburant similiter: vt l. j. §. ex incēdio. s. de incē. rui. nau. Si vero delictū nō tēdit ad hoc: & tūc aut delinqt in plus circa eandē rē: & inspicit euentus: vt l. vulgaris. §. si qs æs. s. de fur. Et ideo si qs furaret vas cōsecratū, cū putaret nō cōsecratū: tūc inspicit qd est secutū, nō qd putabat. Si vero delinqt in plus circa diuersas res: tūc inspicitur anim9, nō euētus: vt d. l. vulgaris. §. sed &
2 si qs. † Secūdo q̄ro, quid si aliqs delinqt in plus circa ꝑsonā offensam. Hic est aduertēdū. Nā quædā ll. vident velle q inspiciat animus, vt l. itē apud Labeonē. §. si qs virgines. s. de iniur. & quod no. in l. si ignorās. s. loca. In cōtrariū vr l. eū qui nocentē. §. pen. s. de iniu. Et istā vltimā partē verā puto, q inspiciatur euentus. Nō obstat §. si quis virgines, quia ibi in nullo habuit animū cōmittēdi aliquod punibile. Credebat em̄ illas virgines eē meretrices, quas appellare nō est punibile: sed nostra quæstio loquit in eo q ab initio ꝓposuit delinquere. Nō
3 obstat † gl. l. si quis ignorās. s. loca. quia illud intelligo esse verū in pœna excōicationis, seu in quauis alia pœna, s. spirituali, vbi animus & cogitatio magis inspicitur. sed in pœna temporali euētus inspicitur. Prædicta vera quādo delinquit quis in plus circa personā ipsam, quæ principaliter offendebat: sed si
4 delinquit † in plus circa personas alias: istud potest esse dupliciter. Vno modo quod vtranq; personam offendit: vt cū vellet percutere vnum, percussit duos: tunc de vtroq; tenet: vt l. scientiam. §. qui cum aliter. j. ad l. Aquil. Facit d. l. eum qui no-
5 centem. §. pe. & fi. s. de iniur. Si vero † non offendit alium tangendo eū, sed per quandā consequentiam: vt puta, faciendo iniuriam filio, vel vxori: per consequentiam facit iniuriam patri vel marito: & tunc videt quod animus inspici deberet potius quàm euentus: secūdū quod dicitur in l. eum qui nocētē.
6 §. pe. & fi. s. de iniur. † Sed de vno posset dubitari: qd si nō apparet de quo cogitauerit, quia percussit quendā nec aliquid apparet vtrū cogitauerit de patre, vel de viro, vel vtrū sciuerit hoc, scilicet habere percussum patrē, vel maritum quid in dubio? Respon. sufficit de hoc non cogitasse, vel nesciuisse hoc: vt l. eum qui nocētem. in fi. s. de iniur. & facit optime in l.
7 falsus. §. si actum. in fi. §. s. de fur. † Quarto, quid si delinquit in plus incidendo in aliā speciē delicti. Hic aduerte, si quidē delictum quod principaliter facere proposuit, tendit ad illum finem qui secutus est: tunc inspicimus euentum. Casus est not. in l. fi. s. de crimi. expi. hæredi. & extra, de homici. c. fi. li. vj. Facit l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi. Si vero ad hoc non tendebat delictum, quod principaliter facere proposuerat: tunc non tenetur. vt l. verū. de fur. l. qui iniuriæ. in prin. eo. ti. tene prædicta menti.

d **Nihil interest.** [d] Opp. de l. item si obstetrix. in prin. s. ad l. Aquil. Solu. Aliud in l. Aquil. & aliud in l. Corne. Ratio est quia hæc lex punit expresse eum qui habuit animum occidendi, licet non occiderit. sed in l. Aquil. dicitur expresse si quis occiderit, quę verba non verificātur in dante opem. quod tene menti. Secūdo quæro exemplum eius qui mortis cām præbuit. Dicit gl. pone exemplum in illo, qui posuit gladiū in manu furiosi, vt se, vel alium occideret. Ita dicit gl. Sed op. cum enim furiosus non teneatur: vt l. infans. s. eo. & j. ti. j. l. pen. §. fi. & l. diuus. s. de offi. præsi. ergo videtur quod præstans opem non possit teneri, vt l. si is qui. §. sicut Titium. s. de fur. Dic vt ibi dixi. & l. is qui opem. eo. ti. & l. si quis vxori. §. neq;. de fur. & no. per glo. in l. si quis id quod: §. pe. s. de iurisd. om. iudi.

Vi cædē. Opp. de l. decurionum. C. de pœnis. vbi vanæ voces populi non sunt exaudiendæ. Respondet Dynus, propter tumultū populi non occidetur ille qui non est culpabilis, vt l. cōtraria: sed pœna potest bene accelerari. Casus est hic.

1 *Quando plures ex proposito occidendi aliquem iussent, licet tantum unus percussit, omnes tameo puniuntur.*
2 *Ictus in l. Cornelia inspicitur ad hoc ut uideamus quem animum habuit occidendi, uel non: sed in lege Aquilia inspicitur, ut uideamus ex quo ictu mors sit secuta.*
3 *Si plures delinquunt, & tractatur de puniendo alios delinquentes, propter illos delinquentes omnes tenentur de uno uel pro uno reputantur.*
4 *Villa quæ tenetur sub pœna capere malefactores, si plures fecerunt in uilla maleficium, & uilla non capit eos, tenetur tantum una pœna.*
5 *Præstans auxilium duobus committentibus homicidium, una tantum pœna tenetur.*
6 *Si quis mandat pluribus, ut faciāt unum homicidium, dicitur unū delictū, & nō plura.*
7 *Plures delinquentes si habebant officium publicum, & tractatur de ipsis puniendis, oēs tenentur pro uno delicto, & una pœna tenentur.*
8 *Si quatuor commentarienses, qui præerant carceribus, extorserunt pecuniam, omnes tenentur pro uno quadruplo.*
9 *Quando plures non officiales delinquunt, si æqualiter, omnes tenentur: si inæqualiter, quilibet punitur secundum qualitatē facti sui.*
10 *Quando plures delinquunt, nec apparere potest cuius ictu percussus sit mortuus: an oēs puniantur, & qualiter.*
11 *Vulnera illata uulnerato post primum uulnus mortale, dicūtur mortalia, licet ex se nō sint.*
11 *Cautela in formando inquisitionem contra plures delinquentes.*
12 *Quando percussus superuixit: & per interuallum temporis postea decessit, an præsumatur mortuus ex uulneribus.*
Ad iudicium medicorum recurritur in contemplatione percussionum.
Statur dicto unius periti, quando plures haberi non possunt.

Si in rixa. Videtis quod oportet cōtēplari ictus vniuscuiusq;: vt ille, qui occidit, teneatur: alij nō. Op. q ictus nō sit cōtēplandus, sed anim9, vt s. e. l. j. §. diu9. & s. e. l. diuus. Gl. dicit, q iō iuriscōsultus dicit
1 hic caute in rixa: † qa si iuissent ex ꝓposito occidēdi, oēs tene
e rent [e] licet vn9 tm̄ ꝑcusserit. Ita dicit gl. tua i fi. Intelligit ergo
vt vides

a Diuus. Nota hic qn̄ aliquis deliquit plus vel minus quā cogitauerit de quo vide per Bald. in l. si qs nō dicā rapere. in vj. col. de episcop. & cleri. Et circa istam materiā generaliter, videlicet an in delictis inspiciatur opinio, vel veritas vel ecōtra, vide pulchrā distinctionē Bal. in l. si quis seruo. C. de fur. & no. p Bar. per totā hāc l. Io. An. in regula cū qs i ius. in mer. & q̄ dixi post Bar. in l. itē apud. §. si quis virgines. s. de iniurijs & aliqd etiā p Io. An. in regula, qd qs. in fi. i mercu.
POMATES.
b Primo quæro. vide alleg. per Cepol. cōsi. ccciij. cōsi. xiiij. & seq. & cō. xxxvj. col. j. & Alex. Aret. xxxiiij. co. fi. & Are. in l. si quis mihi bona. §. si corā. col. ij. de acquir. hære. & consilio lxxx. col. iij.
POMATES.
c Vnde si aliquis. Adde late Salic. in l. quoniā. C. ad l. Iuli. de vi publi.
d Nihil interest. Vide in l. j. §. diuus. s. e. & Barto. in l. is qui opem. in prin. de fur,
e Omnes tenerētur. Adde Bart. in l. j. §. diu. is. s. eo. & Cy. in l. is qui cum telo. C. eodem. Adde Bal. cō si. lxxx. lib. v.

vt vides q hic nō fuit ex ꝓposito. Sed cōtra hoc facit: qa dicit in hoc collectorū. ergo vr q ad hoc fuerūt coadunati. & ex ꝓposito fuerit factū. R n̄. itelligo, collectorū i hoc ex quodā accidenti, non ex proposito, vt euenit in rixa. Ita debet intelligi hic.
Sed adhuc obest cōtra. licet nō processerit propositū per omnes, pōt esse q illo tempore tunc quilibet habuit animū occidendi: & ideo non debet inspici ictus, sed
quod acquirit̃: meritò nõ cõtinetur verbis,
a nec sentẽtia. Vltimò no. [a] † ex hoc text.
2 Dy. dicit, q notarius [b] possit instrumentũ
b scribere, quo ipse obligetur alteri: non quo
alter obligetur sibi. Facit l. vxori. §. j. š. eo. et
l. nõ putauit. §. si quis sua manu. de cõt. tab.
& quia ei contra se est adhibenda fides: vt l.
3 Publia. §. fi. š. deposi. An † autẽ pater no
tarius possit scribere instrumentũ pro filio,
dixi š. eo. l. si pater. & tangitur per Dy. in l.
quod dicimus. in fi. š. de auto. tuto.

1 ☞ *Falsum quot modis dicatur, ibi quòd tribus modis.*
2 *Statutum quòd damnatus de falsitate non admittatur ad officia, intelligitur de falsitate strictè.*

c **Quid sit falsum.** [c] Aliàs
est, im
mutet: & tunc est plana. aliàs est im
mutetur: & tunc expone, quia conatur lite
ras facere eadem forma, qua facit alius: &
subscribere nomen suum secundùm Iaco.
1 de Are. Oppon. † omnis mutatio verita
tis est falsum: vt in authen. de instru. cau. &
d fide. circa princi. Respondeo, falsum [d] vno
modo dicitur largissimè: & istud est om
ne, quod non est verum siue dolosè dica
tur, siue sine dolo: & hoc modo sumũt Dia
lectici, & probatur in l. si is qui ducenta. §.
vtrum. š. de reb. dub. Secũdo modo dicitur
falsum large, omnis mutatio veritatis, quæ
in se habet dolũ: vt in dicta auth. de instru.
cau. & fide, circa prin. facit lex nec exẽplũ.
C. eodem. & hoc modo loquendo omnis il
le, qui committit dolũ, posset dici, q com
mittat falsum: sed hoc nõ est verũ quãtum
2 ad accusationem de falso. Tertio † modo di
citur falsum strictè: & tunc illud dicitur tã
tum falsum, quod incidit in aliquod caput
legis Corneliæ de fal. Casus est hic. Vnde
non puto q pro quolibet dolo & qualibet
deceptiõe quis incidat in falsum, vt puniat.
arg. l. Corn. de fal. vel in capitulis expressis
in hoc titu. Et puto q statuta, quæ dicũt q
condẽnatus pro falsitate non admittitur ad
officia, & similia: debeat intelligi de condẽ
nato pro falsitate ex aliquo capitulo, quod
numeratur in hoc titulo.

1 ☞ *In crimine falsi licet desistere ante sententiam.*
2 *Mandans & faciens, quod possint in eodem libello accusari.*
3 *Instigatio non releuat accusatorem à pœna: nisi accusaret ex necessitate officij, vel fuisset facta à personis, quibus verisimiliter deberet credi.*
4 *Syndici cõmunitatis denunciantes maleficia ad alterius instigationem, quando excusatur.*
5 *Iudex in sententia, qua reum absoluit, potest accusatorem condemnare, stante statuto quod non probans accusationẽ condemnetur.*

Athaletus. In crimine falsi
potest quis libe
re desistere ante sñiam, scd̃m glos.
Et ĩ hac lege ponit Dy. casum: Quidã insti
tuit duos in vndecim vncijs: filiam in vna:
Athaleto reliquit libertatẽ. Itẽ duas vncias
dandas ad illis hæredibus. Cætera sunt cla
ra. Opp. de l. post legatũ. §. an libertas. š. de
his quib. vt indig. Sol. ibi tulit testimonium
hic verũ dixit quædã verba, s. se probaturũ
1 q tamẽ non fecit. Item † opp. j. ad Turpil.
l. j. §. incidit. Rñdeo: dicit gl. speciale in hoc
crimine, vt ante sñiam liceat desistere. Ista
est vera, licet glo. videatur aliter dicere in l.
Lucius. j. ad Turpil. & ibi dicã. Item oppo.
de lege post legatũ. §. sunt qui putant. š. de
his qui. vt indig. Rñ. legẽ istã intellige, qđ
ibi perseuerauit vsq ad sñiam: hic non. Ex
2 hac lege † nota primo, q vr̃ hic esse casus il
lius quęstionis: an mandans & fieri faciens
possint in eodem libello accusari. Et hic vi
detur casus q sic: quia inscribit simul & se
mel contra scriptorem, & contra Proculũ
cohæredẽ. Pro hoc l. nihil. in fi. š. de adul. &
per doc. in l. j. C. si reus vel accusa. mor. fue.
e Secundo [e] † nota q instigatio serui non re
3 leuat accusatorẽ à pœna: quod tene menti.
Secus esset in eo qui accusaret ex necessita
te officij: quia tunc istæ instigatiões cum à calumnia releuarent
vt l. tutor. š. de his quib. vt indign. Idem puto, q secus esset si istæ
instigationes fuissent factæ à personis, quibus deberet verisimi
f liter credi: [f] vt l. qui cum maior. §. pen. & fi. de bo. liber. Et ista no
4 ta † pro syndicis comitatus, qui denunciant maleficia ad aliorum
instigationẽ: debet enim eis instigantibus credere, vel non crede
5 re, secundũ qualitatẽ personarũ. † Tertio nota in hac lege casum
istius quęstionis. dicit statutum, q qui non probauerit accusatio
nem, condemnetur in decẽ libris: vtrũ in eadem sententia qua
absoluit reum, possit iudex condẽnare accusatorẽ? Casus videt̃
hic quod sic. ibi: pronunciauit, & Maximiliam, &c. Ad quod fa
cit C. de calum. l. j.

1 ☞ *Nuncij facientes falsas relationes hac lege puniuntur.*
Actio in factum oritur ex publicis iudicijs.

g **Qui nomine.** [g] Nota † cõtra nuncios facientes falsas
1 relationes, & citationes falsas puniun-

ibiq fama, seu ĩdicia releuent iudicẽ quãtuncũq indebite pcedentẽ, & inquirẽtem: vt ibi p eos in xij. q. & dicit Bal. in fi. in ij. col. C. de proba. q semiplena probatio releuat accusatorẽ a calumnia, nisi reus cõtrariũ plene prober. & dicit Bal. in l. fi. in ij. col. C. de testi. q testes examinati extra iudiciũ p syndicũ sup inquisitione sua, ipsum excusant. Allegat glo. quã reputat multũ nota. in l. si ea quæst. C. de his qui. vt indig. ibi in domo, nõ in iudicio. Et de iudice p calũniã ingrente, vide Bal. in l. j. C. de re iudi.
f ¶ Credi. Et no. Bar. in l. j. in prin. in fin. š. col. j. ad Turpil.
g ¶ Qui noĩe. Allegat̃ ista lex p Guido. de Suza. q si aliquis fecit notariũ q non erat, tenet̃ oĩbus rogãtibus eũ de instrumentis ad interesse. facit. j. eo. l. cos §. fin. C. de tabu. l. generali. & l. fi. C. de magi. cõue. Itẽ nota q nũcius curiæ citans aliquẽ falso sine mandato iudicis, similiter puniat̃ pœna falsi criminaliter et ciuiliter ad interesse partis citatę. vide Cy. bal. & Sal. in l. fin. C. de req. reis. & q no. per Moder. Insti. de act. §. quadrupli. & adde q in citatione debet apponere de cõmissione iudicis, q sufficeret eius sigillũ, secundũ Inn. in c. qm̃. de proba. vide bart. & quæ ibi dixi in l. j. §. cura. š. de offi. pfe. vrb. Dicit tñ Inn. in d. c. qm̃ cõtra. in versi. citat̃. q si de relatione nũcij publice apparet, sufficit, licet non appareat de cõmissione. Et q requirat̃ cõmissio iudicis: tenere videt̃ bar. & Iac. de are. in l. cũ clericus. C. de episc. & cleri.

ex § qui autem ibi. Vltimo not. [illegible]
contra approbant dds a dusti. adi [illegible]
l. 4°. [illegible] duintal pre
[illegible]

a ☩ P. PAV. P. ❡Vide Alex.cõsi.cviij.no.xij.vol.ij.

a ❡Eos qui. Habes arg.ex hoc tex.& ꝙ tabellio faciens diuersa signa in diuersis instrumẽtis, licet dicat se ignoranter fecisse, punitur pœna falsi. ꝙ not. & ita Bal.in l.cõparari.in pe.col.C de fid.instru. An aũt signũ sit de solẽnitate vide bar.in proœ.Digestorũ.Et ad p̃dicta vide Bar.in l.ad testiũ.§. si qs ex testibus.s̃.de test. & ꝙ s̃.nota. de notario mutãte, & vtẽte diuersis signis, tenuit bal.post Iac. But.in proœ.C.in iij.col.et Gul.d̃ Cu.in d.l cõparari.& add̃ q̃ not. Inn.ĩ l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus. de verb.obl. ꝙ liceat notario mutare signũ alterius notarij dũmodo non fiat in fraudẽ, tenuit bal. in l.j.C.q̃ res vẽdi. nõ pos. Itẽ adde ꝙ si inter duos mercatores est cõtentio de signo, ꝙ q agit lite pendente nõ põt vti tali signo bal.ĩ l.j.C.ne lic.po.

❡Ex opposito. Et ad materiã huius legis adde oĩno Ang. in cõsi.cclxxij. ꝙ incipit, quedã domina Margareta.& ĩ cõs. clxxxix.& add̃ Ab. in c.lr̃is. p illũ text. de pbat.& ibi gl.& vide bar.in l.q p salutẽ.in fi.de iureiu.et in auth.at q semel.d̃ pb.& adde ꝙ Bal. p istã l.in c.j.§. si em dño.qd sit inuesti.dicit ꝙ licet testis extra iudiciũ vel corã iudice dicat se nõ interfuisse, tñ ĩ iudicio debeat cogi ad rñdẽdũ veritatẽ: et stat̃ illi responsioni, licet bar.no.contrariũ in hac l.eos.& male.secundũ eũ.& bar.cõsuluit Bal. in quedã suo cõsilio paruo, allegãdo gl.ĩ d. c. cãm q.& tex.in d.c.j. qd sit inuest. & incipit cõsi.in Christi noĩe amẽ: licet assessores post Bart. sicut cæci credãt plus sibi quã gl.& veritati. & ad de Pe.de Ancha. in Cle.testibus.de test. & Ant.de But. in c. cũ in tua.eo.tit. Et an examinationes factę in vno iudicio faciant fidẽ in alio, vide bar.hic, & gl. ordi.in c.cãm quæ. de test.firmat do. Ant. in c.veniẽs.eo.tit.in gl.Petr.& Host. & Mod.in d.c. cãm q̃. & ponit bal.in l.j.in prin.ff.si mẽ.fal.mo. dixe.& in l.certi cõdictio.in princ. ff. si cer.pe.& in l.ij.C.d̃ fru.& lit. expẽ. facit ꝙ idẽ bal.no. in l.iij. C.de sen.q̃ sine cer.q̃ti.et ꝙ no.ĩ l.de qua re.§.fi. et ibi p gl.ff.de iud. ❡Adde ꝙ cõs.bal.est mihi ccccl xv.ij.lib.inci.punctus.& Ang.consi.cccvij.

v° pro declaratione huius lecture l. eos. Rolandinj Ball. con 40 per totum. vol. 1.

tur enim hac lege. Secundo nota quod ex iudicijs publicis oritur actio in factum ciuiliter: vt hic, & l. nec quicquam.s̃.pro socio.

SI quis patris. Nota, dicit glo. ꝙ propter delictum patris aufertur hæreditas nepoti: argu.contra. dicit glos.s̃.de sena.l.emancipatũ.in fin.& s̃.de in ius voc. l.adoptiuum.in fi.Glo.nõ soluit. Solue vt no.s̃. de iure patro.l.diui.& per Dy.in c.nõ debet aliquis.de reg.iur.lib.vj.

1 ☞ *Dicta vnius testis in vna causa, quod faciunt fidem cõtra eundem testem testificantem in alia causa.*

2 *Vltimo dicto testis facto cum tormentis statur & nu. 4.*

3 *Testis potest se incontinẽti corrigere, si iustam causam correctionis alleget, & hoc iudici videatur.*

4 *Quando testis variat in dictis, an stetur primo vel scd̃o.*

5 *Testimonia falsa quæ dicantur, quæ uaria, & quæ diuersa. Testis nõ dicitur uarius quãdo uariat circa aliquas demonstrationes, ut circa pronomen, uel agnomen: secus si uariat circa locum, uel tempus contractus: uel delicti.*

6 *Testis productus, & examinatus in una causa, si in alia causa super eodem articulo examinatur, & dicat, dico put dixi in alia causa: an ualeat, quod sit arbitrium iudici. Consiliũ pro teste qui primo examinatus, iterum examinatur, ut petat sibi prius testificata exhiberi.*

7 *Primũ dictũ testis etiã nõ publicatũ, debet testi qui secundo examinatur eo requirente exhiberi. Cõsilium pro teste quod in secundo testimonio dicat, prout sibi uidetur modo: et si apparuerit aliter dixisse in alia causa, ex nunc corrigit, &c.*

8 *Consiliũ quãdo testis dicit extra iudicium, scio hoc tantum, & non plus: quòd scribatur eius dictum coram testibus.*

9 *Diuersitas inter unum testem, & alium, reducitur ad concordiam: secus unius & eiusdem.*

a EOs qui. [a] Hæc lex diuiditur in tres partes. Prima loquit̃ de eo, q dixit varia, & diuersa testimonia.eodẽ tpe, & corã eodẽ iudice & in eadẽ cã. Secũda loquitur de eo, cuius testimoniũ variat ab eo, ꝙ alias dixit extra iudiciũ. Tertia de eo, cuius testimoniũ suũ variat ab alio eius testimonio, qd̃ alias dixit in alio iudicio. Secunda ibi: & eũ qui cõtra signum. Tertia ibi: de impudentia eius. Opp. ꝙ tertiũ responsum sit superfluũ, cũ dicat idẽ ꝙ in primo. Glo. vult dicere ꝙ in primo responso dixit testimonia varia, & diuersa, pro eadẽ parte, sup diuersis articulis: sed in tertio respõso dixit varia, & diuersa testimonia pro diuersis partibus. s. pro actore & reo, in eadẽ tñ instantia. vel dic, vt dixi, diuidẽdo: principiũ legis loquitur qñ dixit varia testimonia, & diuersa in eadem causa, inter easdẽ personas: sed tertiũ respõsum loquitur qñ variauit inter personas diuersas, in diuersis causis seu instantijs. quod 1 est notabile: † quia licet acta facta in vna cã non faciant fidẽ in alia causa, inter diuersas

a ☩ POMATES. ❡Eos qui. Ista lex, q̃ loqt̃ in testibus, habet locum in notario variãte notã instrumenti. Ita Alex.cõs.lxxxix.vo.iij.col.ij.

b ❡Faciũt fidẽ. singularis limitatio ad id ꝙ dicit̃ ꝙ acta facta in vnã cã, nõ faciũt fidẽ in alia.& vide tex.in c.p inqsitionẽ.extra, de elec. Et facit ad hoc l. si plusorio.§.j.de app.adde Ant.de But.in c.cũ in tua.de testi.& in simili Fe de.in cõclu.cclviij.incip.iure. Alex.

c ❡Itẽ opp. Vid̃ Inn.ĩ c.pterea.de test.cog.& bal.ĩ.l.edita.in xxxij.col.C.de edẽ.dicit ꝙ testis, & etiã pars, põt errorẽ suũ incontinenti reuocare, et circa pbationẽ erroris & istis ad̃ no.bal.ĩ auth.q semel.ĩ iij.col. C.de pb.ĩ ver. sequit̃ mõ vi. Et qñ testis locutus est cũ aliqua partiũ, nõ dicitur incõtinẽti corrigere secũdũ gl.hic alleg.in §.illud.de testi.& in d.c.præterea.

d ❡Pro declaratiõe. Et ĩtellige qñ variat in negotio principali: secus si ĩ qbusdã circũstãtijs. Ita dicit Spe.in tit.de testi.§.j.& bal.ĩ.l.his verbis.de her. insti. Idẽ cũ primo deponit de credulitate: secũdo de veritate, stat̃ sequẽti. Ita Bar.in l.q bona.§. si qs de dã.infe.et bal.ĩ l.de tutela.de ĩ inte.rest. An. Bar.

personas: vt no.in l.is apud quẽ. C. de edẽ. tamẽ dicta vnius testis in vna causa faciunt b fidẽ[b] cõtra eundẽ testificãtẽ in alia cã. ꝙ tenet Inn.extra de testi.c veniẽs. Ad secundũ rñsum opp. ꝙ debeat stari vltimo dicto: vt s̃.de adulte.l.si postulauerit.§.ratio.vers.sed 2 & si negauerint. Breuiter † ibi vltimũ dictũ est factũ cũ tormentis: ideo illi vltimo dicto statur: hic vero ipse idẽ sine tormẽtis variac uit. Itẽ opp.[c] ad idẽ. testi. licet incontinenti se corrigere: vt no.in authẽ. de testi. §. quia vero.& gl.magna.& est casus extra, de te3 sti.cog.c.preterea. Rñdeo: † ꝙ testis põt se incõtinenti corrigere, si iustã causam erroris, & correctionis alleget, & hoc iudici videatur: sed qñ simpliciter dicit diuersa, nec dicit hoc se facere animo corrigẽdi: tũc habeatur vt testis variãs: ideo punitur. Ita debetis intelligere legẽ nostrã, & l. qui falso. s̃.de testi. Opp.ad idẽ: & videtur, ꝙ debeat stari primo dicto: & dictũ suũ secundũ non eneruat nec primũ tollit: vt l.generaliter. C. de nõ nu.pec.& extra de testi.c. sicut. Respondeo, ibi secũdum dictũ testis fuit dictũ post publicationem, & extra iudicium, nõ in forma testimonij: lex vero nostra hic loquitur qñ vtrunq; dictũ fuit in iudicio, & 4 in forma testimonij. Et ideo † pro declaratio d ne[d] præsentis materiæ debetis reassumere sic: Quandoq; testis variat in eadem causa & inter easdẽ personas: & tũc aut scd̃m dictũ est cũ tormentis: & statur secundo. Aut sine tormẽtis: & tũc aut dicit hoc aĩo se corrigendi, aut nõ, vt patet ex prædictis. Quãdoq; testis variat in iudicio ab eo quod dixit extra iudiciũ: & tunc aut primo testificatus est in iudicio: secũdo dicit cõtrarium extra iudicium: & tunc statur primo dicto: vt l.generaliter. C.de nõ nu.pec.& c. sicut. extra de test. Aut primo dicit extra iudiciũ e postea [c] contrarium dicit in iudicio: tunc pũnitur vt falsarius: vt hic. in secundo respõso. Aut profert varia testimonia & diuersa, & inter diuersos: & tunc punitur vt falsarius. vt hac l.in iij.respon. & ita intelligas. 5 Quæro † quæ dicantur testimonia diuersa. Quidam dicunt, id est, falsa. vel dic, id est. varia: vel id est, aduersa. Ita dicit gloss. Pro huiusmodi declaratione debes scire quod falsa testimonia dicuntur, quando contra veritatem quis dicit falsum dolose. Varia testimonia sunt, quando vnum dicit in vno articulo, in alio articulo aliud dicit. De his duobus ponit in d.l. q falso.& ĩtellige ꝙ sit f ista varietas circa ipsum negotiũ[f] principale, vel circa circũstãtias ipsius negotij principalis. Nam si ista varietas esset circa ali-

❡Ex opposito. Qñ testis variat, cui dicto standũ sit: & an possit variare: vide ꝙ no.bar.in l. qcqd astringẽdæ.ĩ fin. de ver.ob.& bal.in l.si postulauerit.§.pe.s̃. de adul. Et vide oĩno q̃ no.dixit bar.in l.q bona.§.si quis stipulatus.& ꝙ ibi dixi, de dã.ĩfec. Et dic qd̃ testis vacillans punit̃ de falso: vt est gl.iiij.q.iij.c.q falsa. facit l.q falsa.s̃ de testi.& ꝙ ibi dixit gl. & vide bar hic qñ ĩ diuersis causis. vide bal.ĩ l. gesta. C.de re iud. Et adde ꝙ dicit bal.ĩ l.iij.C.de adul. ꝙ si testis dicit vnũ primo, aliũ scd̃o, statur dicto primo. Sed in l.gesta.de re iu. dicit ꝙ si testis deponit sine iuramento. postea cũ iuramẽto, statur dicto iuramẽto.& ad̃d ꝙ no.bar. in l. q per salutẽ.s̃.de iureiur.& adde ꝙ dicit bal.no.in l.psbyteri.in prin.C. de epis.et cle. ꝙ testis nõ põt corrigere dictũ suũ, nisi corrigat anteq; alloquat̃ partẽ, vel ante aperturã pcessus, scd̃m Inno.de accu.c.cũ dilecti. & vid̃ ꝙ no bar.ĩ.l.Imperator.s̃.de sta. ho. ❡Adde, de teste qui primo dicit credere. scd̃o affirmat. Ang. cõs.cclxxiiij. & qñ testes dicant̃ vacillãtes in substãtia, per bal.cõs.ccccxj. iij.li. & c.li.qñ dicant̃ varij cõtrarij.cõs.lxxxv.& ꝙ stet̃ dicto testis scd̃o iurato, non primo, tenuit cõsil. alleg. in alia apostil. ccccixv. & vide de p̃dictis Rom. consi. ccccvj.

e ❡Postea contrariũ. De hoc mẽbro vide bald.in l.nullũ penitus. C.de testi. & in c.j.quid sit inuest.vbi dicit de hoc esse casum singularẽ. sed ẽt est casus in tit.de notis feu.c.j.§.notandũ.& cũ opi.bar.hic ẽt tenet ipsemet bar. in l. si quis in graui. §. si quis moriẽs. ad Syll.cõtrariũ tenuit Bal. in l.gesta. de re iud.& in l.nullũ. C. de testi. vide Sal.in l.si quis decurio. C.de fal.nisi dicas saluando. Bar. quod ista confessio extraiudicialis fuit legitime recepta. Alex. Adde ꝙ vbi vnũ deposuisset in iudicio inualido, aliud in valido: valet quod dixit in valido: vt est gl.in c.cũ causam inter archiepiscopum.de testi.& Spec.in ti. de teste. §.j.versi.quid si contrarius.

f ☩ POMATES. ❡Ipsum negotium. Vide etiã Barb.consi.lxx. colũ. xj.ad fi.& seq.vol.ij.& Alex.liiij.col.fi. vol.j.& in simil: lxx.col.iij.eo.vo. j.& lxxviij.col.ij.ad fi.vo.j.& xciij.col.fin.eo.vol.j.& lxxviij.col.ij.& Ancha.lxv.in ij.col.& Iaso.in l.ij.col.pe.de bo.pos.scd̃m tab.& in l.neq; natales.col.vj.& in ver.quarto.limita.C.vnde legiti.& bal.in l.q testiũ.de test. & vide Alex.cõs.clxxiiij.col.ij.vbi dicit, ꝙ testes dicuntur cõtestes, quãdo concordant in eundem finem rei.

quas

a ❡Non dicet̃. Not.adde glos.in c.dudũ.ver.substãtia.de cõuer.cõiug.& in c.cũ ecclesia.in ver.vacillasse.et ibi limitat do.Anto.de cau.pos.& plene in c.nihil.de ver.sig.no.Bal.in l.j.in pe.col.C.de testa.& in l.qui sñiam.C.de pœnis.cum cõcor.ibi assignatis.& scripsi alias post Bar.in l.ob cãm.§.fi.s̃.de testi.& dicit not.do.Ant.in c.ij.in fi.de reg.ꝙ licet testes in aliquo modico cõtradicãt, nõ per hoc dicũtur varij.per id, quod ibi no.gl.ij.& vide exẽplũ, & tenemẽti. Et p̃dictis adde Bal.in c.j.§.si aũt dño.super gl.in verbo, reminisci. in tit. quid sit inuesti. qui dixit no. ꝙ qui non reminiscit̃ modo, potest reminisci cras.et hoc verbũ est multũ no.in depositiõibus testiũ, q in vna causa dixerũt se nõ recordari, in alia deposuerunt sup facto.quod bene nota.adde quę dixi scd̃m Bald.in l. quid tñ.§.si arbiter. s̃.de arbi.& Bart.& doc.in l.qui bona.§. si qs.de dam.infec.

☩ P. PAV. P.

b ❡Pro declaratione. Vide Feli.in c.cũ in tua.col.j.extra de testi.& Hipo. Marsil. in l.ex libero.no.ix. ff.de quæstionibus.

c ❡An valeat. Vide Bal.in l.fi.C.de test. facit qd̃ not. Bar.in l.j.s̃.si cer. pet. versi. idẽ dico si esset autoritas, &c. Sed quid si prima examinatio fuit nulla aliquo defectu: postea testis iterũ examinatus dicit: dico per omnia vt dixi s̃. in prima examinatione: vtrũ hæc secunda examinatio laboret eodẽ morbo, quo prima. Bar.no. determinat in l.legata ĩutiliter. de leg.j.Et ad Bart. hic adde Bal.in l.iurisiurãdi. C.de testi. in j.col.& cum Bar. hic simpliciter trãsit Pet.de Anc.in Cle. testibus.ad fi. de testi.& Bal.in l.gesta. in j.alias iiij.colũ. de re iudi. Opi.Bar.videt̃ vera p l.Theopompus.et quod ibi Bar.de do.ple. vide Flo.in l.j.s̃.de test.et adde Bal.in l.nullũ. C.de testi.& in ca.j. §.no.de no.feud. Et ad Barto.hic adde Pau.de cast.in cõsil. ccvj.inci.In Christi nomine amen.super primo dubio, dicendum est, ꝙ cum diuersitas.in ij.dubio. ❡Ex opposito. adde ꝙ cõtrarietas testis extra iudiciũ, & in iudicio detrahit fidei.c.per tuas.de proba.& eod.tit.sicut.& de præsump.c.literas.de testib. ca.cum causam.vbi glo.& in ca.veniens.& vide do.Anto.in c.cum in tua. de testi.& cõtra Bar.est glo.in l.iij.§.Sabino.de testi.& glo.in d.c.per tuas. in ver.adulterij.& Spe.& Io.and.in tit.de testi.§.ij.quid si idem testis.& in §.oppo.ver.quid si prima depositio.& Ange.hic & Ioan.and. in mercur.in ca.non est.in vj.& Flo.in l.qui falso.de testi.

d ❡Vltimo not. Adde ꝙ hoc etiã sequit̃ Pet.de Anch.in Cle.testibus.ad fi. Pro quo facit gl.in l.Fulcinius.§.quid autẽ sit latitare.s̃.ex quib.cau.in pos. ea.qui vult contrariũ probari extra iudiciũ: sed contrariũ voluit sub dubio forte glo.in c.cũ causam.de testi. Itẽ scias, ꝙ dictũ vnius testis varij, nunquã reducit̃ ad cõcordiã: sed semp punit̃.qd̃ sing.no. In cõtrariũ tñ no. Bart.in l. j.in prin.s̃.de oper.no.nũc.et vide Imo.in l.inter stipulãtẽ.ĩ prin.de ver.ob.

quas demonstrationes, vt circa pronomen vel agnomẽ vnius ex partibus, vel circa locum originis vnius ex partibus, non dicea tur [a] propter hoc varius testis: arg.l.his verbis.in fi.s̃.de hære.insti.& l.pe.de reb.dub. Sed tũc diceretur varius, quãdo variaret circa locũ contractus, vel etiã circa tẽpus contractus vel delicti. Ad quod facit quod no. C.de test.l.testiũ.& l.ob carmen.in fin.s̃.de test. Aduersa & cõtraria dicũtur dicere illi, qui dicunt incõpatibilia: vt puta in vno articulo dixit vnũ, in alio articulo dixit aliud, quod est impossibile concurrere cũ primo. Facit ad hoc quod no.per Inno.extra, de teste.c.præterea.in fin.& in Spec.de teste.§.j. versi.item ꝙ testes sunt varij.& versic.item 6 ꝙ aliquid. Quæro † pro declaratione[b] b testis deposuit semel sup vno articulo, producitur iterum in alia causa super eodem articulo, vtrum sibi sufficiat dicere: dico me tantum scire quantum dixi in alia causa, an c valeat[c] tale testimoniũ. vel dicit, dico quod dixi in tali alia causa. Breuiter, hunc punctum non reperio tactum: sed puto quod sit in arbitrio iudicis admittere istam testificationem, si vult: sicut alias testator testamentum quod antè fecerat inualidum, potest confirmare sine aliqua expresione verborum contentorum in primo testamẽto: vt l.j.§.sed si filiusfa.s̃.de leg.iij.& l.quidã ex liberis.§.testamento.s̃.de bon.pos.secũdum tab.& l.quærebatur.de testa.mili. Sed si iudex nollet tale testimoniũ admittere, quod potest si vult, vt videat ipse, qua trepidatione, & qua constantia loquatur: vt l. de minore.§.tormenta.j.de quæstioni. tunc do istud cõsilium testi quod ipse petat illas testificationes sibi prius exhiberi, vt de dicẽda veritate possit informari: ar.l.cũ si exhibuissent.§.ij.s̃.de public.& quod ibi dixi. 7 Sed quid † si testimonium, quod primò dixerat, non erat adhuc publicatum? Respõ. hoc non obstante potest ipsi testi ostendi: quia quantum ad ipsum testem eius testimonium non est secretum, sed semper fuit publicum: sicut dicimus de iudice inquirẽte: vt in ca.cùm clamor. extra, de testi.& dixi in l.ij.§.si publico.s̃.de adult. consulo tamen semper testi quòd in secundo testimonio verba ista apponat, quod ipse dicit prout sibi videtur modo: & si apparuerit aliter dixisse in alia causa, ex nunc corrigit hoc dictum secũdum, & reducit ad dictum pri8 mum, cùm illo tempore melius recordaretur. Vltimò † nota [d] bonum consilium d ex hac lege, secundo responso. quando habes testem, qui dicit extra iudicium, ego scio hoc tm̃ & non plus: facias scribi dictũ eius vel facias dici corã testibus: qa si aliud diceret in iudicio, puniretur de falso: tamen homines cauti, qui dubitant ne producantur in testes, si interrogantur, respondẽt: qñ ero in iudicio, dicã id ꝙ mihi videbitur: & bene dicũt, ne postea incidant in falsum. Itẽ 9 scias † ꝙ illud, quod dicit tex. qui diuersa inter se testimonia &c. non intelligatis de diuersitate testimonij inter vnũ testẽ & aliũ: quia diuersitas reducitur ad concordantiã, vel stabitur dignioribus: vt l. ob carmen.s̃. de testi.in fin. Sed intellige ꝙ testimonia vnius & eiusdẽ testis erant inter se diuersa et varia. tunc enim habet locum hæc lex.

e QUi se pro milite. [e] Nota contra eum, qui se appellat doctorem, cum non sit doctor.

☞ *Si debitor dicat fundum nemini obligatum, & si appareret contrarium quod liberaret, an incidat in falsum, si apparet obligatum.*

SI a debitore. Glossa ponit exemplũ Pluribus modis. & vltimũ magis placet: sed potest esse vtrunq; bonũ. Quæro, † quid si dixit fundum nemini obligatũ esse: & si apparet contrarium, promisit eum liberare: modo apparet contrarium, tenetur f ne de crimine falsi? certe non puto [f] si luat ante sentẽtiam: alias secus: arg.C.de crimi. stel.l.j.& C.rem alie.ge.l.j.

1 ☞ *Producens falsam accusationem contra Titiũ quando poßit à Titio accusari de falso vel de calumnia.*

2 *Qui dedit schedulã falsam notario vt poneret in actis, stante ista consuetudine & eius uigore sententiam reportauit, quando teneatur pœna falsi.*

3 *Pars quæ dictando acta notario bona fide scribente scienter et dolosè omisit facere scribi quædam, tenetur de falso.*

4 *Iudex ex officio potest punire illũ qui per obreptionem aliquid impetrauit. Iudex quãdo poßit ex officio inquirere delinquentẽ corã se.*

5 *Iudex causarum ciuilium an poßit de delictis coram se cõmißis inquirere: remißiuè.*

g SI quis obrepserit. [g] Dicitur hic. Siquis obrepserit pręsidi, nihil agit. Contra. imo sententia valet sed ope restitutionis rescinditur: vt l.diuus. s̃.de re iud. Solue vt ibi dixi.& no.in l.si prętor.§.Marcellus.s̃.de iud. Quæro aliquis 1 † [h] produxit falsam accusationem: vtrũ ex h hoc possit accusari lege Cor.de fal. Quidã doct.dicunt, quod non: sed debet accusari tanq; calumniator: vt j.ad Turpil.l.j.§.j.Gl. vid et̃ dicere contrariũ.s̃.de calum.l.j. circa prin.& s̃.de cõcussi.l.ij.& pro glossa videatur casus hic in fi. Breuiter, puto quod di-

❡Ex opposito. ꝙ mirabile dictũ est, oppositũ tenuit Bal.in l.nullũ.C.de testi.& Cano.in c.cũ causam.de testi. And.Barba.

e ☩ POMATES. ❡Qui se pro. Vide Fel.in c.tertio loco.col.j.de prob.& alex.pulchre vbi declarat cõsi.suo v.vol.iij.col.ij.

e ❡Qui se pro milite. Nota ex hoc §. ꝙ appellans se doctorẽ, cũ non sit, punit̃ pœna falsi. ꝙ intellige esse verũ, si doctorẽ se appellat: & aliquẽ actũ facit doctori cõgruentẽ: secus si simplr̃ se doctorẽ appellat.l.si qs.alias qs quis.C.d̃ aquęduc. lib.xj.& ita limita hũc §.& l. q sub prętextu.C.d̃ sacrosan. eccl.qa nõ punietur pœna falsi, sed extraordinaria.adde Bar. in l.reddat̃. de pfes. & medi.lib.x. & qd̃ no.bar. alias Bal.in l q sub prætextu. & in l. data opera. in xxij.col. & ibi oĩno vide.C.qui accusa. Sed qd de eo q abradit nomẽ alterius, et ponit suũ: vide Bar. j.ad muni.l. Titio. & no.vid̃ tex.& ibi gl.et bar.in l.vj.s̃.ad legẽ iul.maie. & adde, ꝙ qs nõ est habẽdus.pro doctore, licet receperit ĩsignia, si alia non interuenerũt. Ita vide in l. sed si hac.§.patronũ. s̃.d̃ in ius vocan.

f ❡Certe nõputo. Ad de q̃ habentur in l.si creditor.C.eod.

g ❡Si qs obrepserit. De ĩtellectu huius legis vide no.in l.præscriptione.C.si contra ius vel vti.publ. & extra de rescri.ca. sup literis. & limita hanc legẽ procedere circa decisiua: secus circa narratiua & accidẽtalia, secundum bal.no.in l.si vt proponis.la j.C.quomõ & qñ iudex. Et vid̃ oĩno ĩ l.& si legibus. C.si contra ius vel vtili.publi.

☩ POMATES.

g ❡Si quis obrepserit. Ad istã legẽ p declaratione vide Feli.in c.nõnulli.§.j,col.iiij. in ver.posset etiã.de rescrip.& ibi apost. ad Panor.col.iij. incip.l.si qs obrepserit in c.fi.eo.titu. incip. abutentes

☩ P. PAV. P.

g ❡Si quis obrepserit. Fallit si matri præiudicat. Ita Cor.consi.clxxxij. in litera c. vol.iiij.

h ❡Quęro, aliquis. Et ad hãc legẽ adde quę habes in l. diuus. in princ.s̃. de re iudica.

❡Ex opposito si qs produxit falsam accusationem, an possit accusari ex lege Corne. de falsis, adde Bald.nota.in lege prima.ad fin.in versi.vltimo quæritur.C. qui accu. Quid si accusatio non est falsa, sed illicita? Dic quod non punitur de falso, secundum Bal in l.ij.in pe.col C.qui accu. Et adde quod si quis solitus est facere falsas accusationes, punitur etiam in lingua, secundum Bald.in l.data opera.xxij.col.C.qui accu.sed contra Barto.hic tenet Bal. nor.in l.quicunq;.in vlt.col.C.de ser.fug. Sed quid in obripiente prætori in ciuilibus, & producente petitionem per calumniam, an possit criminaliter puniri: vide Bal. in l.si tibi.C.de libe.causa.& quod ibi dixi. Quid autem si quis iniuste accusauit, & super accusatione lata est sententia iniusta. & condemnatus occisus an accusatus puniatur? vide Pet.de Ancha.in c.accusasti.de accu. Et quid in teste, vide ca.sicut.de testi.

a ℭ Quædã pars. Si pars dat schedulã falsam notario, quã debeat ponere inter acta an puniatur de falso? Adde quæ dixi in proxima quæstiõe. & consuluit Bar. in cõsilio suo, Tudertinus quidã. Et adde ꝙ si reperitur ꝙ notarius aliter scripserit q̃ fuerit de cõsensu partiũ, presumitur per errorẽ fecisse, nõ dolo: vt no. Bar. in l. quoties. §. j. ſ. de hæred. instituẽ. nisi contrarium ex coniecturis appareat. & dicit bal. in l. j. C. de sacrosan. eccl. ꝙ vbi vnũ verbum potest importare falsitatẽ & nõ falsitatẽ, semp interpretatur vt falsum nõ ĩportet. Adde tamẽ l. nec exẽplũ. & ꝙ ibi Bar. C. eodẽ. & ꝙ no. Bar. ĩ l. prędia. ſ. de acquir. pos. et dixi post. bar. in l. si librarius. j. de reg. iur. In contrariũ tñ facit ꝙ no. Bar. in l. ij. §. si quis neget. ĩ ij. col. dũ allegat l. cũ precibus. ſ. quemadmodũ testa. ape. Et ad excusandũ notariũ a falso, vide bal. in l. j. in ix. col. C. de confessis. in versi. sicut modo sequitur. &c. Dicit tamẽ bal. in l. maiorẽ. C. eod. ꝙ vtens instrumento falso, præsumitur illud fecisse fieri falsum. Item notarius non punitur de falso si narrat aliquid fuisse factũ ante cõfectũ instrumentũ, ꝙ tamen factũ non fuit, secundum Bald. in l. ex his. C. de testamẽto militis. Et si notarius de consilio sapiẽtis apposuit, nõ cõmittit falsum, scd̃m Bal. in l. captatorias. in versi. oppo. C. de testamen. militis.

ℭ Adde an notarius dicatur falsarius, cũ dicat in presentia de ponẽris, talis confessus est se habuisse depositũ, cum re vera tũc nullũ fuit depositũ. Bal. cõsi. xxviij. iij. lib. Et de schedula vide ꝙ consuluit ipse Alex. cõsi. lxxiiij. j. lib.

b ℭ Quæro, cum. Cũ pars dictat notario acta & sciẽter omittat necessaria & notarius bona fide scripsit, an puniatur de falso. & ꝙ nõ puniatur, tex. est notabilis & ꝙ ibi dixi in l. in fraudẽ. §. quoties. ff. de iure fisci. Et adde ꝙ dixi post bar. secũdum Bald. in l. si ex cauti. C. de nõ num. pec. Et pro notario etiã facit: quia si non fuit in dolo, nõ punitur: vt ſ. eo. l. diuus. & excusatus est: qa credidit schedulæ: l. fin. j. eo. & vide ꝙ no. gl. in l. nihil. ſ. de fisca. & bar. in l. si is q rem. §. si tu Titiũ. de fur. & vid̃ Ang. hic & dicit se tenere cõtra Bar. tamen in effectu videt̃ idẽ cõcludere ꝙ bar. Et cum bar. hic transit Abbas Sicu. in c. quanto. de his quæ fiunt a præla. sine consen. cap. & bal. in l. iubemus. ad fi. C. de sacrosan. eccle.

ℭ Adde ꝙ in notario requiritur dolus, & potius præsumitur error quam dolus. Vnde consuluit Bald. cum quidam notarius scripsisset actum in parlatorio monialium, cum re vera illud non esset, sed tantum moniales ibi conuenerant, quod non commisit falsum. Item cum scripsisset, præsentibus septẽ monialibus, cum re vera non essent nisi quatuor, ꝙ nec per hoc erat falsarius: quia antequam descenderent tres moniales post tractatum dixerunt notario scribatis, nos sumus contentę de eo ꝙ faciet abbatissa. Vnde dicit bal. ꝙ per illa verba facta in personã abbatissæ dicuntur esse pręsentes. Vide eius cõs. cxiiij. iij. lib.

uersus est modus accusandi. Nam in accusatione tua tu potes concludere ꝙ accusaui te calũniose de falso crimine, & nõ vero ꝙ nõ probaui: & tũc est pœna calũnię, quę est ex lege Rhemia: vt l. j. §. j. ad Turpil. non est proprie l. Corn. de fal. Ita loquũtur prædicti doc. Sed si vellẽ accusare te, ꝙ tu porrexisti falsam accusationem cõtra me, propter quã obtinuisti à pętore me citari, & cõtra me procedi fecisti: et sic, ꝑ obreptionẽ à pętore impetrasti: tũc est pœna falsi.
2 Casus est hic. Secũdo † quæro, de qõne, q̃ habui de facto. pone, ꝙ consuetudo est in partibus quibusdã, ꝙ partes dant notario schedulam, qualiter ipse debeat mittere in actis, vt est Florentiæ, et Tuderti: quædam
a pars dedit [a] notario quãdã schedulã continentẽ falsum, & notarius credẽs bona fide sic fuisse in actis publicis, illã schedulã scripsit. ex hoc pars obtinuit sententiã pro se: an ex hoc possit puniri de falso? Aduerte, aut accusat̃ iste talis de falso, hoc est, ꝙ fieri fecit falsum ĩstr̃m: & hoc nõ est verũ. Nã cũ notarius, qui scripsit, nõ fuisset in dolo, nõ fecit falsum instr̃m: ergo nec ego feci fieri: vt l. si is q. §. si tu Titiũ ſ. d̃ fur. Aut tu vis eũ accusare, eo ꝙ obrepserit prætori, & per obreptionẽ habuit sñiam pro se: & tunc de falso puniet̃. Casus est hic. & est falsum: tũ qa obrepserit prætori: tũ etiã ex eo ꝙ falsam scripturã porrexit notario, vt eam registraret, & scriberet inter veras: vt extra, eo dẽ tit. c. licet ad regimen. versi. illos quoq;. Sed contra hoc videtur tex. C. plus va. qd̃ agi. l. fi. Sol. Ego fateor ꝙ illa schedula, quã quis dedit notario, est falsa: sed ꝙ instr̃m, ꝙ scripsit notarius bona fide, sit falsum, hoc nõ est verum, & de hoc quærimus: & ideo istud, ꝙ in d. l. finali ponitur falsum, alibi dicitur, ꝙ est quædã deceptio: vt l. ij. C. de re. alie. nõ alie. Ista sunt vtilia scire, qa ĩ statuto ciuitatis Tuderti, in qua ciuitate fuit ista cõtentio, cõtinetur, si quis fecerit fieri falsum instr̃m, puniatur magna quãtitate, pro alijs falsitatibus puniatur quantitate minori. Aliud ergo est, si accusaretur de obreptione falsi, aliud si accusaretur ꝙ fecit fieri falsum instrumentum, vt dixi.
3 Quæro † cũ [b]
b pars dictaret quædã acta notario, scienter, & dolose, omisit facere scribi quędã necessaria, et notarius bona fide scripsit instr̃m: q̃ro vtrũ iste teneat̃ q fecerit fieri falsum instrumentũ? Hãc qõnẽ & superiorẽ habui de facto. Videt̃ ꝙ nõ: quia notarius nõ est in dolo: vt ſ. dixi cõtrariũ est veritas. Nã ea, quæ ſ. dixi, habẽt locũ in faciẽte plus, vel aliter scribi, q̃ sit. Vnde scriptura principalis fit à notario: merito si ipse nõ facit falsum: ille qui fecit fieri scripturã, nõ facit fieri falsum vt d. §. situ Titiũ. Sed quęstio nostra loqtur in omittẽte, q actus omittẽdi principaliter radicatur in ipso dictãte: & ideo ipse dicit̃ facere omitti: propter ꝙ instr̃m est falsum, hoc est, nõ continet totũ verũ: & ideo cum est in eius ꝑsona hoc radicatũ principaliter, eius tantũ persona inspicit̃, & ipse punietur nõ notarius: ar. ad hoc l. præsbyteri. C. de episc. & cle. Facit l. ea quæ cõmendandi. ſ. de
4 cõtreh. emp. Quæro † vtrũ [c] iudex ex offi
c cio suo poterit punire istũ, qui per obreptionem aliquid impetrauit? Hic videtur text. ꝙ nõ: hic, in fi. ibi: si accusatus fuerit, & c. et etiã in prin. ibi: si accusatus. & sic ita demũ poterit puniri, si fuerit accusatus. In contrarium facit l. ij. §. si publico. ſ. de adult. & regula, quã dedi tibi, qa de delictis factis corã iudice, ipse põt inquirere. & hoc puto verũ. Circa ꝙ debes scire, ꝙ quãdoq; delictũ fit corã iudice in offensam iudicis, non in actu iudiciario: vt puta, si dicitur sibi verecundia, si percutitur ipse, vel eius familia: iste non est actus iudiciarius: tũc an possit ipe iudex ꝓcedere ex suo officio? vidistis in l. lex Corn. circa prin. ſ. de iniur. Quãdoq; in actu iudiciario fit aliqua iniuria, seu aliquod delictũ corã iudice, vel à parte, vel à notario, vel à teste, vel ab aduocato: & tunc iudex ex suo officio poterit punire: vt l. j.
d C. de calum. [d] & l. Athaletus. ſ. eo. & l. falsi. §. j. ſ. eo. Ad quod bene facit, ꝙ no. per Inn.
5 extra de pœ. c. vlti. & antepen. Sed † quæro quid si tale delictũ fit corã iudice causarum ciuiliũ: vtrũ ipse poterit de hoc punire: vel debeat ad iudicẽ maleficiorũ remittere: Videbitis statim j. eod. l. diuus.

e Lege Cornelia. [e] Intelligatis ĩ eo qui perficit sigillũ adulterinum dolo malo, punit̃: vt l. nec exẽplum. C. eo. tit. Et ideo aurifices qui faciunt sigillũ: in quo imprimũt signũ publicũ: vel ꝙ est authoritatis magnę: tũc statim illud signũ exprimũt in cera, & ponunt in charta, et omnibus ostendũt, vt appareat, quod bona fide fecerunt.

1 *Producens falsa instrumenta, quod possit vsque ad sententiam de errore suo docere.*
Cautela, ut producens instrumentũ falsum interrogetur an uelit uti dicto instrumento.
2 *Interrogato an uelit uti instrumento, uel attestationibus, iudex dat terminum ad respondendum, an uelit uti.*
3 *Qui produxit falsum instrumentum, uel falsas attestatiões, si abstinet ab usu, excusatur, nisi procurauerit fieri falsum, ut testes dicerent falsum.*
4 *Quilibet iudex, coram quo fit falsitas, an possit de falsitate punire quod non: sed remittit ad maiorem.*

Diuus. Oppo. hic dicitur, quæ vera non possunt probari. Contra, imo vera in dubio pręsumuntur, si non potest probari contrariũ vt lege cum præcibus. C. de probationib. Solu. instrumenta prima facie videbantur falsa: vt l. iubemus. C. de probationibus. & lege præbemus. C. eodem. de fal. Quæ
1 ro, intra † quantum tempus [f] potest docere iste, quod per errorem talia instrumenta protulit. Respond. vsq; ad sententiam: vt lege error. C. de iur. & facti ignorantia. ideo est practica, quod tu aduersarius con

c ℭ Quęro vtrum. Vtrum iudex ex officio suo possit eum, q obrepserit, punire, et quę sint pœnæ obripientis iudici: & an sit pœna falsi, vide in l. si qs ſ. de reb. eorũ. in l. quicũq;. ad finem. C. de ser. fugi. per bal. Et quis dicatur obrepere vel surripere, &c. vide bal. in l. vnic. C. de nup. ex re. &c. & in l. & si legibus. C. si contra ius vel vtili. public. vbi omnino vide ad materiam obripientium, &c.

d ℭ C. de calũ. Adde Bar. in l. ij. §. si publico, in iij. colum. ſ. de adul. Et vide in l. ꝑxi. in fi. Ang. hic.

e ℭ Lege Cornelia. Adde quod no. Bal. ſ. eo. l. in lege Cornelia.

f ℭ Quæro, intra quã tum tempus. Potest vtẽs falsis instrumẽtis docere se errasse: vide in Spe. in ti. de instru. edi. §. dicendũ restat. vers. quid si actor. Et an producẽs scripturã priuatã, possit de falso de facto puniri, sicut ꝑducẽs publicam. tenet Bal. ꝙ sic, in l. fi. in j. col. C. de fide instru. Facit quod no. Bar. in l. j. in prin. C. de iura. calum. Et an producens falsum instrumentum, possit officio iudicis puniri: & quid de falso teste? vide Cy. ꝙ sic, ĩ l. vbi. C. eodẽ titul. Et quot modis dicentur acta falsa, vide gl. in c. in memoriam. xxviij. distin. Et adde quod fabricãs falsum instrumẽtum, tenetur pœna falsi, etiam si non vtatur, eo. Sed ille qui vtitur, non: nisi pertinaciter vtatur secũdũ Cyn. vbi clarius in l. si falsos. C. de fal. vbi ẽt producens plures testes pecunia corruptos punitur. Et quando præsumatur producere falsos testes bona, vel mala fide, vide Bald. in l. fin. C. si minor se maio. dixe. & in l. fi. C. si ex falsis instru. Et multis modis cognoscitur de crimine falsi, iuxta no. in l. si ex falsis. C. de fal.
ADDE de falsificante priuatam scripturam, Bal. cõsi. ccxxxj. lib j. Pau. de cast. consi. clj.

tra

a ℭ Respond. iudex. Cum Bar. idẽ tenet Lap. alle. sua cxvij. alias cxviij. quãuis cõtrariũ teneat Specul. & male in fi. de instru. edit. §. nũc aliter. versic. sed pone. Et adde Bart. in l. ij. ſ. de edẽ. et vide Bal. in l. j. & in l. si ex falsis. C. e. & in l. si aduersarius. C. de fide instr. & gl. & Bal. in l. fi. C. de edendo.
POMATES.

b ℭ Vltimo q̃ro vide Iaso. in l. j. §. j. col. antepe. in fi. & duabus seq. ſ. de offic. eius. et Bal. in l. fina. C. si ex fal. instr. vbi dicit ꝙ qui proponit capitulum falsum, & super eo inducit testes falsos, põt de falso puniri absq; alia interrogatione.
POMATES.

c ℭ De testi. Vide ad hæc late, & pulchre Feli. in ca. præterea. col. j. de offic. deleg. & Anc. cõsi. clxxix. in vlti. dubio.

d ℭ Puto verũ. Adde quod not. Bar. in l. si quis obrepserit. circa fi. ſ. eod. & ibi de hoc. per Ang. & vide ꝑ Inno. in c. dilectus filius. de iniur. & dã. da. & in ca. ij. de fal. et qd̃ habetur in l. ij. C. eo. & videt̃ dicere Bal. in l. ij. C. vt lit. pẽ. ꝙ vbi corã iudice ꝑducit qs instrumẽtum pœnale, absq; ꝑcessu poterit puniri. & hic adde Ang. ĩ l. iij. C. d̃ iud.

ℭ Ex opp. ad materiã l. nullã. C. de test. intellige verũ in delegato ab inferiore a principe, ꝑ gl. ĩ Cle. j. de offi. deleg. & ibi per moder. Adde ꝙ Abb. Siculus in c. j. extra de cri. fal. tenet cõtrariũ eius, quod hic tenet Bar. Et qd si testis dixit falsum corã iudice, corãquo partes litigabãt per errorem, vide an debeat puniri. vid̃ Io. And. in addi. Spe. in tit. de teste. §. j. vers. sed qd de delegato.

e ℭ Item oppo. Adde Bar. in l. oẽs populi. in fi. ſ. de iusti. & iur. & per do. Anto. & Imo. in c. j. de cõstit. qui dicũt, ꝙ ad decisionem causarum futurarum, potest allegari lex correcta si transiuerat in contractum non subiecti, per not. per Innocen. de iudi. in capi. nouit. Item in argumẽtum potest allegari, etiam si non sit tale ius correctũ clausum in corpore iuris, quando allegatur per habentem potestatem legis cõdendæ. xj. quæst. j. c. volumus. & capitu. quicũq; & ꝑ gl. in c fuerunt. vij. dist. & no. in d. ca. nouit. de iud. in ver. quicũq;. Adde bal. in ij. cõsti Cod. in ver. cũcti. et ibi ẽt qd de statuto correcto: et vid̃ bar. in l. fi. C. de fideicõ. li. alias in l. j. C. de Lati. li. tol. & dicebat Pau. de cast. ĩ. d. ver. cũcti. post bald. se cõsuluisse: secus ꝑ illũ tex. ꝙ ꝑ noua statuta sublata, nõ sint vetera expressa, & vnum sit decisum in veteribus statutis, ꝙ nõ ĩ nouis aliquo modo expressum sit ꝙ tũc prouisum per vetera nõ intelligit̃ esse sublatũ, & decidi põt scd̃m vetera statuta. & ibi vide bal. de insti. Co. confir. in §. hunc igit̃ in æternũ, &c. ꝙ not. Et an possit allegari ad casus præteritos, vel pendentes, esset videndũ. ꝙ no. Bar. in l. oẽs populi. in v. q. principali. & l. leges. & cõstitutiões. C. de lega. vbi doc.

tra quem tale instrumentum producitur, protesteris ei ꝙ si ipse vtitur tali instrumento, ꝙ eum accusabis de falso: tunc aut ipse desistet ab vsu, & illi instrumento nunquã adhibetur fides: vt l. si vteris. C. de fide instrumẽ. Aut ipse nõ desistet: & tũc ipse punietur: vt l. si falsos. C. eo. tit. Sed quæro,
2 † quid si ille, cui fit talis protestatio, dicat, ego vtor isto instrumento quatenus apparet verum: & si non apparet verũ, profiteor
a me non vsurum. Rñdeo: iudex [a] debet statuere terminũ ad deliberãdum, an velit vti isto instrumento, vel nõ: vt l. Titia. ſ. de accu. & l. mancipiorum. de opti. leg. Quod dixi de instrumento, idem dico de attestationibus: vt si post publicationẽ attestationũ apparet, ꝙ testes falsa dixissent: tũc producens dicat se nolle vti illis attestationibus: pœnã falsi euitabit, cum pro solo vsu tenebatur pœna falsi: vt hic, & l. si falsos. C. eo.
3 Istud † qd̃ dixi, ꝙ si abstinet ab vsu, excusatur à pœna, est verũ, nisi procurauerit vt diceret falsum: vt l. si falsos. C. eod. Vlti
b mo [b] quæro, vtrũ † quilibet iudex, coram
4 quo fit talis falsitas possit punire? text. in l.
c nullũ. C. de testi. [c] videtur dicere ꝙ sic, ibi: data cunctis, &c. In contrariũ videtur tex. hic, ꝙ ille demum possit de tali falsitate punire, qui aliàs habet authoritatem puniẽdi: aliàs debet remittere ad maiorem iudicem:
d vt hic. Et hoc puto verum: [d] vt in authẽ. de testi. in ij. col. ibi: & iudices si quidẽ, &c. Facit quod no. per Inn. extra de pœnis. c. pe. et melius in ca. dilectus. eo. tit. per eundem.

1 *Allegans falsas leges, punitur pœna falsi.*
2 *Allegans apostillas alicuius doctoris, quæ non erant, punitur pœna falsi, nisi publicè in scholis dicebatur quòd erat talis.*
3 *Allegare leges correctas, quando quis possit.*

1 Si quis. Nota ex hac lege † ꝙ qui allegat falsas leges, punitur pœna falsi. Facit C. de Iusti. Cod. confir. §. falsi. Quæro, quid est dictum, nullo authore? Dicit glo. quoniam ista constitutio nunq; fuit facta, vel est facta, sed est correcta. Ita dicit glos. Nota
2 hanc legem † contra eos, qui allegant apostillas, & dicta, tanquam aliquorum doctorum, quæ tamen non sunt: & hoc quando nunq; habuerit ab aliquo: sed si publicè dicebatur in scholis, ꝙ erant dicta talis doctoris, tunc talis allegans excusaretur. Item
e oppo. [e] ꝙ leges abrogatas, † & correctas
3 quis possit allegare, & producere: vt in authen. vt cum de ap. cog. circa prin. Sol. Aut quis vult allegare leges correctas ad decisiones causarum, quæ habuerunt causam de præterito, scilicet tempore quo leges correctæ vigebant: & potest allegare, vt ibi. Aut ad decisionem causarum futurarum: tunc aut vult eas in argumentum inducere: tunc si quidem insertæ sunt in corpore iuris, potest fieri hoc: vt in capi. authoritate. extra de concesſ. præben. libro vj. vbi Papa allegat leges correctas in argu. Aut non sunt in corpore iuris insertæ: & tunc nõ licet assumere arg. ex eis: vt C. de Lati. liber. tol. l. j. circa prin. & allegãs tenetur pœna falsi: vt d. §. falsi. C. de Iusti. Co. cõfir. Si verò qs vult allegare leges correctas ad decisionẽ cãrũ: tũc tenet̃ pœna falsi, vt hic. Et hoc nota cõtra eos qui allegant, & ostẽdũt iudici statuta, & reformationes correctas.

Ad legem Iuliã repetundarum. Rubr.

1 *Actio ciuilis in factum, quòd detur ex omnibus publicis iudicijs.*
2 *Actio in factum ex hoc titulo intra annum, datur ad quadruplum: post annum, in simplum.*
3 *Annus, qui datur ad intentandam hanc actionem in factum contra officialem, incipit à die finiti officij: & cõtra eius hæredem à die, quo incipit esse hæres.*
4 *Actio ista quòd detur in officialem, nedum pro delicto cõmisso per ipsum, sed etiam pro acceptis per eius comites, & socios, quos exhibendo liberatur.*
5 *Actio ista qualiter detur contra hæredem.*
5 *Officialis qui non potest conueniri, nisi tempore syndicatus, tamen ad domum suam poterit perpetuò conueniri.*

LEX II.

Datur. Opp. & videtur, ꝙ ex publicis iudicijs non teneãtur hæredes: vt l. ex iudiciorum. ſ. de acc. Solu. fallit in ista lege, vt ibi no. Item opp. j. eo. l. lex. §. hodie. Solu. ibi loquitur de pœna, quãdo agitur criminaliter: hic quando agitur ciuiliter. Hæ duæ
1 opiniones sunt fin. glo. † Quærit gloss. quæ est ista actio, quæ datur in hæredẽ. Gloss. dicit, ꝙ est actio in factũ, vel condictio ex hac lege. Prima magis placet: quia ex omnibus publicis iudicijs actiones ciuiles in factũ dãtur: vt l. qui nomine. ſ. tit. j. & l. nec
2 quicq;. ſ. pro socio. † Sed quæro. ad quid datur ista actio. Respon. intra annum ad quadruplum: post annum, in simplum: vt ſ. de calũ. l. j. & C. eod. l. j. Sed quæro, cui applica
3 tur? Dic vt in glo. † Secũdo quæro, quãdo incipit currere iste annus? Responde, à tẽpore depositi officij: vt l. pe. C. eo. licet quidã aliter dicant. In hærede vero incipit currere tẽpus à die, quo hæres esse incipit: vt
4 hac lege. † Quæro, [f] pro quibus delictis detur ista actio? Respõ
f deo pro delicto commisso per ipsum officialem principalem, & pro delicto cõmisso per eius comites, & socios: vt ſ. l. proxi. & j. eo. l. in comites. Et aduerte: quia pro eo quod acceperunt Comites, socij, & familiares, non solũ ipsi accipientes possunt conueniri: vt in l. comites. j. eod. sed etiam ipse officialis principalis: vt C. eo. l. j. tamen exhibendo illum accipientem, ipse debet liberari: vt l. cum si exhibuissent. ſ. de publica. & ibi dixi. Vlterius quæro,
5 qualiter ista actio detur contra hæredes? † Respondeo, triplex est opi. dicit glos. Nam quidam dicunt dari intra annum contra hæredem si fuerit lis contestata cum defuncto: & sic est speciale hic, cum regulariter debet dari perpetuo: vt l. j. C. ex delictis defun. & l. ex iudiciorũ. in fi. ſ. de accu. Secunda opi. est ꝙ hæres tenetur insolidum intra annum, si ad eum nihil peruenit. Et secũdum hoc erit hic speciale: quia regulariter in aliquo teneri nõ debet: vt l. j. C. ex delic. defun. & l. j. ſ. de priua. delic. Vides ergo, ꝙ istæ duæ opi. quasi sibi contradicunt ad inuicem: quia in prima est speciale: vt mitius teneatur hæres quam alias consueuerit ex alijs delictis. secundum aliam hæres tenetur in plus quã alias consueuerit. Tertia est opinio. Azo. qui dicit ꝙ semper tenetur hæres intra annũ, etiã de eo quod peruenit ad eum: & sic erit speciale cũ deberet teneri perpetuo. Et istud est tolerabilius. dicit glo. Ista opinio Azo. vt puto, debet generaliter intelligi, vt teneatur intra annum de eo quod peruenit, & de eo quod nõ peruenit: & sicut est speciale contra eũ, vt teneatur de eo quod non peruenit: ita est speciale pro eo, vt de eo quod peruenit, teneatur tantũ intra annum, non post. Hoc satis mihi placet. Ad istam ergo lectu. Azo. & ad opi. Hug. opp. secundum hoc sequerentur ista inconuenientia, quod tenetur in longius tempus hæres q̃
g defunctus: vt in glo. Sol. gl. & concedit opp. Vlterius opp. [g] C. vt omnes iudi. tam ciui. q̃ mili. l. j. vbi dicitur ꝙ lis debet terminari intra triginta dies. Solu. & est notabilis sol. illa lex loquitur

f ℭ Quæro. Qualiter teneatur rector pro delicto officialis, adde bar. in l. j. §. familiæ. ſ. de pub. l. intefdum. §. fin.
POMATES.

g ℭ Vlterius op. vide oĩno Bal. in trac. de syndica. in iij. q. vbi tenet oĩno cõtrariũ. et ꝙ no. ĩ c. aduersus cõsules. de immu. ecclesiæ.

ibi Et hoc puto verum
Not. istam sing. doctrinã
Approbatur: l. 42 t. 16 p.
3. ibi: Mas si por auen
tura vbi ita practicari
assevera Gre Lop. glo 93
han poder de hazer.

a ¶ Alij. dicunt. Quando officiales non possunt cõueniri. & quomodo & vtrũ possint cõueniri in patria, vltra hic dicta p bar. adde q bal. tenet cõtra istã gl. in l. obseruare. §. pficisci. ff. de offi. pcõ. p suas rõnes. & ĩtellige dictũ bar. hic, scd̃m Frã. de Galla. in pe. de iu. extra. nisi in loco officij facta fuissent pclamata, vt oẽs q vellẽt petere, & cõparerẽt: & post terminũ per iudicem syndicãtẽ, sit pronũciatũ in cõtumaciã nõ cõparẽtiũ, & absolutus sit officialis: ar. l. si eo tẽpore. C. de remis. pig. & ca. fi. qui ma accus. pos. Nec obstat authẽ. q semel. C. qũo & qñ iudex. qa illa loquiť ante litẽ contestatã & in alio casu. & ita dicit se obtinuisse de facto. Pro quo facit l. senatus. ff. de accus. & l. licet. ff. nau. cau. stab. l. si qs cũ totũ. §. si ancillã. ff. de execu. rei iud. cũ sim. & vide Bal. in l. iij. C. quo. app. & in l. iij. §. eodẽ mod. ff. naut. cau. stab. & q not. gl. in auth. vt iudi. sine quo. suf. §. necessitatẽ. Adde q l. stãte statuto, q officialis teneať pro familia, recipit ĩterpretationẽ a iure cõi, s. nisi familiã exhibeat. Ita Ro. cõs. xj. & vide ad materiã per eundẽ cõsi. xv.

ibi: hec est vna no[...] qd. contrarium est tenendum et practicat. teste Ju. glosse col. lib. 1. pract. qq m 41. [...] totam.

Tertio eſt videndū de liberis, qui dantur 13 iudici † ad quem eſt appellatum. Et ſi quidem teneremus id ꝙ ſ. dixi, ꝙ hoc caſu libellus nō ſit neceſſarius: tūc hoc nō eſſet videndū vlterius. Sed qa cōis practica ſe habet in cōtrariū, ideo iſtorū libellorū videamus formas. Et in iſtis libellis debent inſeri oīa, q̄ dicta ſunt in libello appellatorio. Debet etiam inſeri tenor appellationis iam interpoſitæ: & in eo debet eſſe concluſio talis. Quare peto per vos pronunciari, per me bñ, & iuſte appellatum eſſe, & male & iníque iudicatū eē: vt ꝑalleg. l. eos. in prin. C. eo. Alij vero addūt dicentes. Peto dicta ſentētiā, tanc̄ iníquam remedio appellationis caſſari. & irritari. Et iſtam formā vī ponere Spe. & conſue 14 tudo obſeruat. † Sed huic op. [a] Sententia per ſolam appellationem eſt caſſata, & irrita: vt ſ. ad Turpil. l. j. in fi. & dixi ſ. eodē. l. j. in prin. Quo ergo petitur a iudice ceſſari iterū: contra l. quæ ſub cōditione. in fi. ſ. de conditio. inſtitu. Reſ. per appellationē ſententia extinguitur: nō tñ irreuocabiliter. Quod autē in libello petitur caſſari, et irritari, intelligī irreuocabiliter. Poſſet ēt dicta cōcluſio aliter formari ſecūdū diuerſitatē caſuum, ſuper quibus formaē appellatio. Quid enim ſi reus abſolutus eſt, & actor appellet? Certe, recte poterit actor cōcludere ſic: Peto pronunciari bñ & iuſte appellatum, & iníque iudicatum: & reum peto mihi cōdēnari in quātitate petita. Hoc em̄ caſu iudex appellationis etiā cōdēnare debet: vt l. cū apud. ſ. iudic. ſol. vt ibi dixi. Et no. in l. Offidius. ſ. de le. iij. Itē ſi ſnīa [b] non diceretur in totū iníqua ſeu iníuſta, ſed ſi eſſet alio modo reformāda, poſſet in cōcluſione adijci: Peto ꝓ vos dictam ſnīam in melius reformari, & ad debitum ſtatum reduci: vt ſupra, eodem l. j. in prin. Puta, ſi aliquis eſt iuſte cōdēnatus, qa cōdēnari debebat: ſed iníuſte, qa iudex nimis exceſſit: vt l. ſi qua pœna. ī. đ verborū ſignificatione. & ibi no. in gl. magna. Facit ad prædicta l. creditor. ¶. j. ſ. de ſolutionibus. vbi iudex ſententiam reformauit: vt ſ. fami. ercīſ. l. quædam mulier. & de iure patronatus. l. Carmelia. Sed ſi poneremus appellationem eſſe factam ꝓ illa verba, dico ſententiā nullam: & ſi qua eſt appello: tunc debet in libello concludi, peto per vos dictam ſententiam pronunciari nullam: & ſi qua eſſet, & c. vt ſ. dictū eſt.

Sed illud. Breuiter hoc intendit: Si quorundam ex his, aduerſus quos appellatur, in appellatione nomina inſerantur, aduerſus omnes appellari videtur. Sed ſi quorundam ex his, qui appellant nomina inſerātur, eis ſolis proderit appellatio. h. d. Habet duas partes. Secunda ibi: cæterū ſi plures. Ratio primi dicti eſt: quia nomen aduerſarij nō debet inſeri de neceſſitate in appellatiōe vt ſ. proxime. Ergo ſi quorundam nomina non expreſsit, non nocet: quia idem ſi nullius nomen expreſsiſſet: & ſatis eſt qđ de dicta ſententia fiat mentio, vt ſ. Et hoc verum ſi vna erat cauſa, & vna ſententia: ſecus ſi diuerſa, vt dicit gl. Ratio ſecundi dicti eſt: quia perſona appellātium debet

inſeri in appellatione: ergo ſi aliquorum nomina dimittantur, non poſſunt videri appellaſſe. Sed contra ſecundum dictum opp. C. ſi vnus ex pluribus appel. l. j. & ij. Sol. ibi ſoli, quorū noīa ſunt expreſſa, videntur appellaſſe, vt hic: victoria tamen eorum proderit alijs, etiam ſecundum diſtinctionem legis contrariæ. vt no. j. eo. l. ſi qui ſeparatim. & ibi dicemus. Et hæc eſt vera ſolutio. Aliæ ſolutiones ponunt hic in glo. quæ poſſunt eſſe veræ in ſe: & eas examinabo in d. l. ſi ſeparatim. tamen non ſunt neceſſariæ quantum ad legem iſtam.

1 ☞ *Cauſa, an inferenda ſit in appellatione & quando.*
2 *Appellatio ſi eſt facta ab uno capitulo ſententiæ, an uideatur ab aliis appellatum: remiſſiue.*
3 *Cauſa ſi eſt deducta in actione reali, quod non uidetur deductum in iudicium omne ius agentis.*

c **Quid ergo.** [c] Qui certā cām in appellatione expreſ ſit, poteſt illam proſequi, & ab illa diſcedere, & aliam quācunq; voluerit aſſumere. h. d. quod no. & eſt verum in appellatione a diffinitiua: ſecus ſi appellet ab interlocutoria. & extra eo. c. j. lib. vj. dicā in l. ij. j. de app. reci. Opp. ſ. de adulte. l. denunciaſſe. ſ. quid tamen. Sol. patet ex his quæ ibi dixi. Op. C. de codicil. l. fina. Sol. ibi in his quæ electione tolluntur. Et eſt ibi ratio: ne ex eadem ſcriptura, cauſa diuerſis modis admittatur. † Quærit gl. vtrum in 1 appellatione debeat inſeri cauſa. Breuiter, aut loquimur in apellatione a diffinitiua: & non eſt neceſſe quod cauſa inſeratur, cum ad illam non aſtringatur. Nec ob. ī. eo. l. appellanti. quod apparet, quia ſ. l. proxi. in fi. nulla fit mentio de cauſa: vt hic. Ad quid enim neceſſe eſt quod cā inſeratur, cum ad illam nō aſtringitur. Nec ob. ī. eo. l. appellanti. in fi. ga expone vt ibi ꝓ gl. Si vero appelletur ab interlocutoria: tunc dicit glo. de iure canonico, cauſa eſt inſerenda: vt extra, de app. c. vt debitus. & expreſsius hodie extra eo. c. j. lib. vj. Ego puto idē de iure ciuili, vt dicam in d. l. ij. j. de appel. reci. † Quæro, quid ſi appelleē 2 ab vno capitulo ſententiæ: vtrum videatur ab alijs appellatū. Dicam in l. appellanti. in prin. ī. eo. Vltimo ſcias quod Petr. ꝓ 3 hunc ¶. dicit, ꝙ † in actione reali, in qua de neceſsitate non debet inſeri cauſa: tamen ſi inſeratur per illam nō aſtringīt: imo totum ius ſuum in iudicium deducere videē, ſicut hic: cum in appellatione non debeat inſeri cauſa: ſi tamen vnā inſerit, non aſtringitur ad illam. Cuius opinio. refert Cy. in l. edita actio C. de edendo. Sed eius opi. falſa eſt: vt l. ſi mater. ¶. j. ſ. de exce. rei iudi. & l. & an eadem. ¶. actiones. in prin. eo. tit. & in eis dixi. Aliud eſt in cauſa appellationis, in qua ſi perdat, in tom perdit: ideo in fauorem appellantis eſt inductum, vt omnem cauſam proſequi poſsit. Aliud eſt in cauſa principali: vbi ſi ꝑderet ex vna cauſa, poterit iterum agere ex alia: & ſic eſt in eius fauorem inductum: vt aliæ cauſę deductæ in iudiciū non videantur. An autem cauſa in actione principali debeat inſeri, dic plene vt in d. l. & an eadem. ¶. actiones. ſ. de except. rei iudicatæ.

1 ☞ *Ab executore facti non poteſt appellari: ſed à pronunciatione de exequendo, uel nō exequendo ſit.*
2 *Ab executore facti, quando excedit modum in exequendo, poteſt appellari: & etiam à pronunciatione de exequendo cum inſertione cauſæ.*
Cauſa inſertio, quod neceſſario non requiratur in appellatione à diffinitiua.
Executor, qualiter uideatur excedere modum in exequendo.
Executor ſi non citat partem, uidetur excedere modum in exequendo.
3 *Si iudex mittit nuncium ad exequendum: & excedat modum in exequendo, ad quē appellabitur.*
4 *Officium iudicis, quandoque poteſt implorari contra iniquitatem executoris exequētis.*
5 *Iudex poteſt ſuam ſententiam interpretari, ſi eſt ordinarius, & habeat merum imperium.*
6 *Iudex ordinarius quod poſſit interpretari ſententiam ſui delegati.*
Delegatus non poteſt interpretari ſuam ſententiam.
7 *Iudex quam interpretationem facere poſſit de ſua ſententia.*

& Imo. in l. quicqd aſtringēdæ. de ver. obli. & ꝙ ſit inſerēda cauſa exp̄ſſe, & ſpecifice, habes in ¶cle. appellanti. de appel. Et de cauſa inſerēda in appellatione a diffinitiua ſententia, dic vt per Canoñ. in c. vt debitus. de appel. & per Innoc. in ca. ij. de operis noui nuncia. Et an in appellatione ab extraiudicialibus debeat inſeri cauſa, vide Bar. vbi habes in l. ſi. j. de app. reci. adde, ꝙ in appellatione a relatione cōſulēdo debet inſeri cauſa: ſecūdum Bar. in l. j. ¶. ſi tum. ſ. e. Adde ꝙ qñ in appellatione non fuit inſerta rōnabilis cauſa, ꝙ iudex nō debeat deferre app. Ro. conſil. cccxxiiij. Et q̄ cauſæ ſunt inſerendę in appellatiōe ab interlocutoria, Ro. plene. cō. ccccj.

a ¶ Ab executore. De hac materia, quādo appelletur ab executione, vide extra eo. in ca. nouit. ſed Bal. in d. l. ab executiōe. dicit ꝙ gl. vtrobiq; tenet idē quod Bar. hic, per Bal. in addi. Spec. in tit. de ſentē. in xviij. col. Et an a ſententia lata de exequēdo poſsit appellari Bart. in l. ſi cum exceptione. in ¶. Læbeo autē. quod met. cauſa tenuit ꝙ ſic. 1 Quid ſi iudex ad literas alterius exequitur, & excedit modum: ad quem appel labitur? vide Bar. in l. a diuo Pio. ¶. j. in penul. q. ī. de re iudi. Sed vtrū ſententia de mādādo primā executioni ſit interlocutoria, vide Iaſo. & Barto. in l. ab executione. C. eod. Ro. in rub. de re iudi. ſ.

b ¶ Modum excedat. Si excedit modum, poteſt appellari, eſt verū in executione ordinaria: ſecus ſi delegata: quia tunc ſen 2 tētia ſeu executio eſt nulla, nec pōt appellari. Ita videē velle Bal. in l. ſi vt propo nis. per illum tex. cū b gloſ. C. de ſent. vide Bal. in d. l. ab executione. in iiij. colū. per Rom. in l. v. in prin. de verb. obli. Et an requiraē ꝙ declareē proceſſus, vide per Bal. in addi. Spec. in tit. de exec. ſent. in j. col. Et qñ dicaē iudex excedere modū, adde quod not. Bar. poſt gl. in d. l. a diuo. in ¶. in venditione. verſi. quero an inter mobilia. de re iudic. Adde an ſi modus excediatur, ꝙ ab executione poſsit appellari, Ro. conſi. xlj.

c ¶ Quæro. Quando iudex miſit nūcium qui executionē vltra modū exequiē, ad quē appellaē. Ad 3 qđ adde no. ꝙ ſpec. in tit. de app. ¶. nunc tractemus. ver. qđ ſi lata ſnīa. Adde etiam quod no. Bar. in l. a diuo Pio. ¶. ſnīam. in penul. q. de re iudi. & do. Abb. in c. qđ ad cōſultationē. in vlti. charta. de re iudi. vbi vide.

d ¶ Sententiam interpretari. An iudex poſsit interpretari ſuam ſententiam? Et dicit Bar. in l. ij. de ſentē. ex bre. reci. Per iſtum tex. ꝙ habēs merū impe- rium poteſt ſuā ſententiā interpretari: alias nō. Et quis poſsit ſuā ſententiam interpretari, vide quod ſcribunt doc. in c. nouit. de iudic. & gloſſ. C. commi. vel epiſt. l. iij. & xxxv. quæſtione vij. c. loci. ¶. quia ergo. Et ad hoc vide ēt quod notat Bal. in l. hæredes palam. ¶. ſi quis. ſ. de teſta. Et de iſtis interlocutionibus vide per Ioan. And. poſt gl. in cap. ex pte. ultimo. de verbo. ſig. vbi ponit, an officiales electi ad cōponēda ſtatuta, finito eorū officio poſsit illa interpretari. & dicit Bal. in l. nein ar bitris. C. de arbi. ad fin. ꝙ arbiter poteſt laudūſuū interpretari. de quo ꝓ Spe. in titu. de arbi. ¶. ſi. verſi. ſed nūquid verbum obſcurū, per Archi. j. q. j. ¶. ex his. Et in materia vide Bald. poſt Bar. in l. ij. C. de ſen. ex bre. reci. vbi dicit, qđ princeps habet interpretari priuilegium ſuum. c. cū veniſſent. de iu. per bal. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. & per bar. in l. hac lege. C. de ſen. ex bre. reci. & bal. in d. l. iij. C. cōmi. vel epiſt. Et de hac materiaui de poſt bar. in l. Gallus. ¶. quidā recte. vbi dixi. de li. & poſthu. addē an iudex poſſit reſeruare interpretationē ſuę ſententiæ Paul. de Caſtr. conſi. cccxix.

e ¶ Interpretatio aſſumatur. Et qualiter & quot modis ſuma tur interpretatio: & ſi iudex pōt facere pretationē deciua ſententia: & vide Bal. in l. iij. C. de libe. prę te. & debet eius interpretatio eſſe talis ꝙ nōperimat, ſed ex ponat. & vide ali quid per bald. in l. ſi quis intētione ambi gua. de iudi. Item de bet eſſe veriſimilis: vt no. Dy. in reg. cū ſint iura. & habetur hic: et vide quod no. Bal. in l. ſi vt propo nis. C. de exce. rei iu di. Et de materia vi de in l. ea quæ. C. cō mi. vel epiſ. & dicit Bal. in l quicunq; in vj. col. ver. ſecun do caſu. C. de ſeruis fugi. ꝙ a mala interpretatione pōt appellari, niſi appellatio ſit ſpecialiter ſiter dicta, vt eſt text. hic in fi. Et adde in propoſita qōne, vtrum pars debet citari qñ iudex declarat ſuam intentionē: facit qđ no. bal. in authē. hoc ſacramentū. de iuracalum. vbi dicit qđ qñ reperiē teſtis vt declaret dictū ſuum pars nō debet citari licet debeat citari qñ examinaē principali ter. l. ſi qñ. C. de teſt. vt apparet ex verbis bal. ibi: quia alia eſt ratio a citatione a principio, cū ſit in citatione ad declarā dū: vt patet. Et vide ad bar. hic, extra de verb. ſig. olim. Idē tenet bal. in l. ea quę. C. cōmi. vel epi, ī. l. qualē. de arb. Adde ꝙ voluit Io. and. in addi. ad Spe. in tit. teſte. ¶. nūc videndū. ver. hoc quoq; ſ. ꝙ licet poſt terminū datū ad producendū articulos quis nō poſsit vlterius procedere, poterit tñ productos declarare, & ſimiliter erat intelligendum depoſitio.

POMATES.

a ¶Item si condemnauit. Nota iudicē non posse interpretari sententiā suā, quando vellet vti interpretatiōe extranea: vel quando vellet aperire id, quod ponit esse clarū, Pro cuius cōplemēto vide bal. in l. ea quę. C. cōmi. vel epi. Et ad hęc vide Alex. cōsi. iij. col. vlt. vol. j. & Areti. lxv. ad fi.

a ¶Item si condemnauit. Nota hic colligi gitur notabilis limitatio & intellectus ad dicta bar. in l. demonstratio falsa. in viij. col. de cōdic. & demō. in l. diuus. ē. dē cust. reo. & in l. j. C. si plu. vna senten. & in l. inter stipulantē. §. j. in fi. de verb. ob. & ibi do. Alberi. dicit, ꝙ nihilominus assessor. pōt interpretari ꝙ est idē exbannirus. & vide ꝙ Ange. in l. his verbis. §. fi. de verb. obl. & tenet Bal. in l. nō ignorat. in fi. de fru. & lit. expen. Et ad hęc vide in l. ij. ē. de liber. et posth. & ꝙ not. bar. in l. pen. de leg. j. & i d. l. in his. de cōdi. & demō. & cōtrariā tamē opi. cōtra Bart. hic videt sequi Ange. in l. eū quē temere. §. de iudi. & male: & cautelam, de qua hic, reprehendit Ange. in d. l. ij. §. de li. & posthu. & Imo. ibi dubitat per l. Pomponius scribit, si fru mentū. §. de rei vēdi. quia incertitudo vitiat iudicium.

b ¶Nō admitteretur. Vide Bal. in l. volū tatis. in pen. col. in si mili. de fideicōmis.

c ¶Quæro vtrū. Ad de Bar. in l. naturali ter. §. nihil cōmune, circa v. lect. ff. de ac. qui. possess.

d ¶Posit taxare. Quādo iudex reseruauit sibi taxationē expēsarū, an successor posit taxare? vide bar. in l. terminato. C de fru. & lit. expen. do. Ang. & Imo. in l. inter stipulantē. §. j. de verb. obli. sed. taxatio fit scdm Bart. in l. Paulus. de re iudic. & Cy. & bal. in d. l. terminato. C. de fru. & lit. expen. & ibi Bal. in vj. col. Et ad de ꝙ condēnatio expensarū nō pōt reseruari, sed executio sic, secundum Bart. in l. Paulus. de re iudi. & Cyn. in d. l. termina to, & Bal. in authē. generaliter in vj. col. C de episc. & cle. in ver. idē tenet Bart. in l. terminato. C. de fru. & lit. expen. &

de origi. iur. Respōdeo: Quandoq; interpretatio assumitur pro correctione totali. et istud non potest facere, nisi solus Princeps: vt d. l. j. in fin. §. de quæstio. & l. iudex. §. de re iud. eadē ratione non potest etiam ei sentēt iæ abrogare in parte: licet quandoq; contra generalitatem sententiæ replicationis remedio succurratur: vt l. licet. C. de iudicijs. Quandoq; interpretatio ponitur pro extē sione: & illud etiam nō potest facere iudex nisi circa accessoria, ipso die: vt l. Paulus. §. de re iud. Quandoq; interpretatio ponitur pro congrua verbi, vel orationis expositione: & istam interpretationem potest facere re iudex: vt hic. Nihil ēm de nouo facit, sed factū declarat: vt d. l. hæredes. §. sed & si notā. §. de testa. Exemplū: iudex pronunciauit aliquem violentiam cōmisisse: poterit post ea declarare, vtrum intellexit de violentia publica, vel priuata. licet si hoc non interpretaretur, intelligeretur de vi priuata: vt l. si præses. §. de pœnis. Item si iudex condēnauit ad centū: nec dixit de qua pecunia: licet in dubio intelligatur de minori, vt l. numis. §. de leg. iij. tamē poterit interpretari iudex de qua senserit. Item si cōdemnauit[a] Titium filium Sempronij. & reperientur duo Titij, poterit declarare de quo senserit. Sed si vellet facere interpretationem vnam penitus extraneā: vt in exemplo posito hic, in gl. scilicet, si condēnauit de nouem boues, & ipse interpretari vult, id est, in nouē bouē: nō pōt hoc facere. Item si verba essent omnino clara, & ipse vellet aliter interpretari: non admitteretur: b vt l. ille aut ille. §. cum in verbis. §. de leg. iij. & §. de verb. ob. l. quicquid astringendæ. ver. nec rursus. secundum lectu. Dyn. †Quæro, qualiter fiet ista interpretatio, vtrum debeat pars citari. Puto quod sic: vt l. de vno quoq;. §. de re iudi. & l. nam ita diuus. §. de ado. & arg. eius ꝙ dicimus de arbitris, qui debēt arbitrari præsentibus partibus: vt l. si quis arbitratu. §. de verb. obl. Aliæ tamen solennitates nōn requiruntur, quæ requiruntur in sententia: arg. u. d. l. hęredes. §. sed & si notan. de testam. †Quæro, vtrū[c] vnus iudex posit interpretari sententiam prædecessoris sui. Videtur quod non: sicut hæres non potest interpretari libellū defuncti: vt no. in l. idē Pōponius scripsit, si frumentum. §. fin. in gl. §. de rei ven. & l. inter stipulantē. in princi. & §. j. §. de verb. oblig. In contrarium videtur. quod §. dictū est, scilicet quod delegans interpretatur sententiam delegati sui. & illud puto verum: quia accipiendo iudicem pro iurisdictione, seu pro ipso tribunali, vere idem est iudicium, & idem iudex: vt l. pro ponebatur. §. de iudi. Nec ēm ius interpretandi sibi cōpetit, vt priuato: sed vt iudici. Hæres vero & defunctus nō est eadem persona vere, sed ficte. Et de hoc apparet solu. ad quæstionem: † iudex condemnauit reū in expensis reseruata sibi taxatione: nec dixit, & successoribus suis. Quæritur, vtrum successor posit taxare.[d] Ex prędictis patet quod sic: reseruauit enim sibi vt iudici: non sibi vt priuato. Nec enim hoc priuatus posset facere: argu. pro hoc in l. post mortem. §. j. & quod ibi no. §. quando ex fa. tuto. Itē prædicta faciunt ad alias quæstiones. † pone, quod delegatus condēnauit in expēsis, reseruata sibi taxatione. an talis reseruatio valeat? Videtur quod non: quia taxare expensas est declarare, & interptari, suā sniam sed delegatus nō pōt snīam suā interptari vt dictū est. ergo nec hoc poterit sibi reseruare. quod puto verum: nisi esset talis delegatus, cuius iurisdictio adhuc remaneret ad exequendam sententiam. Quod quando sit, dixi §. de re iudi. l. à diuo Pio. in princ. vbi glo. tangit. Sed tunc quæro, quādo delegatus condemnauit in expēsis. reseruata sibi taxatione, cum reseruare non potuerit an condemnatio expensarum valeat? Videtur quod non: quia rem meret sententia incerta: ergo &c. vt in l. vltima. C. de senten. quæ sine certa quanti. In contrarium videtur quod † valeat,[e] & taxatio videtur reseruata deleganti: & illa adiectio sibi, nihil releuet: argu. supra de bono. possessio. secundum tabu. lege si ita. §. qui filio. quæ optime facit. Et hoc videtur verum quod videtur tenere dominus Iacob. Butrig. in quadam dispu. & assignabat rationem: quia delegatus reseruauit sibi, non respectu personæ, sed respectu iurisdictionis. Sed iurisdictio delegati, & iurisdictio ordinaria est eadem: vt l. j. §. qui manda. §. de offic. eius cui manda. est iurisdi. ergo ipse delegatus, quasi idem. poterit facere dictam taxationem. Tamen vt prædictæ ambiguitates cessent, consulendū est in iudice ordinario, qđ reseruet sibi, & successoribus suis, in delegato vero quod reseruet sibi. & delegati. † Sed iuxta p̄dicta quæro, an ab interpretatione, seu expensarum taxatiōe posit appellari? Videtur quod non. C. quando prouo. non est necess. fin. in princip. In contrarium videtur casus hic: quod appellari potest ab iniqua interpretatione. Et istud est verum si iudex modum excedit in taxando, siue inique interpretando. Non obstat l. fin. quā do prouo. non est necess. quia ibi nō licet appellare victori ideo, quia reus ipse appellauit: vnde appellatio rei sibi sufficit: secus si reus non appellasset: vt ibi no. per docto. & per Iacob. de Are. in l. Paulus. de re iudica. Hoc etiam quod † ab iniqua taxatione posit appellari, tenet Inno. extra, eod. ca. sępe. in gloss. super ver. appellauerit. Venio ad tertiam partem. Quæro, † qualiter iniqui tas interpretationis detegatur? Respondeo in ista causa nulla admittitur probatio, per quam principalis sententia infringatur. Et hoc vult dicere hic text. dum dicit: hoc solum quæratur, an iudicis interpretatiōe sit iniquitas. quasi dicat, Iniquitas proximæ sententiæ non attenditur. Ad idem supra de iureiurā. lege si duo patroni. §. Iulianus. in fin. Iniquitas autem interpretationis poterit apparere ex multis. Primo, ex his quæ gesta & probata sunt: vt dicit gloss. Item ex qualitate rei. Exemplum. iudex condēnauit me in decē libris pro pretio talis libri: postea interpretatur quod intellexerit de decem libris Bononiensium grossorum: certe ex libri qualitate potest interpretari æquitas, vel iniquitas interpretantis: vt lege sem per in stipulationibus. & quod ibi not. infra de regu. iur. Item, si iudex me condemnauit in decem libris pro salario aduocati: & postea interpretetur de decem libris grossorum: ex qualitate causæ, & facundia aduocati, & consuetudine fori, vel loci, apparebit iniquitas vel æquitas interpretantis: vt infra de va. & extraord. cogn. lege prima. §. in honorarijs. Et eodem modo si taxauit expensas, ex qualitate causæ, & actorum multitudine, & fori consuetudine, perpendi poterit æquitas, vel iniquitas inter-

Bal. in l. fi. C. de leg. & Ange. in d. §. j. & Bal. in d. l. ij. & Ange. in l. ex facto. §. de vulgari & pupillari & Imo. concor. opi. Rapha. & Imo. in d. §. j. ad fi. Adde an iudex possit reseruare taxationē expensarum, Bar. consi. mihi xcvj.

e ¶Quod valeat. Et qualiter taxentur expensæ, vide in Spec. de executo. §. viso. versi. quid si reus ꝑ haret. in tit. de expē. §. postremo. in prin.

f ¶Posit appellari. An ab aliqua taxatione expensarū possit appellari: vide bal. in l. ij. C. de epi. audi. & vide gl. in l. si cū exceptione. §. i hac. & ibi ꝙ Bart. §. ꝙ mer. cau. & vide i l. in bonæ fidei. §. de vsu. & bal. in l. sanci mus. ad fi. C. de iud. & ꝙ no. Meder. in rub. & in l. j. ad fi. C. de iudi. & ab omni taxatione appellari: vt no. Inn. in c. fi. ad fi. ꝙ mer. cau. & refert bal. in l. properā dū. §. siue autē alterutra. ad fi. C. de iudi cijs. & vide Io. and. in c. sępē. extra, eo. et ꝙ no. bar. in l. in act. in fi. de in lit. iurā. & Imo. in c. auditis. de procu. Et ꝙ a taxatiōe appellet, si excedat modū, vide bal. in l. ij. in ij. col. C. de fruc. & lit. expen. & ibi dixit ꝙ nō est taxatio sententia interlocutoria. & ibi an i ea reqrat citatio. & hic adde Pau. de Leaza in cōmēto c. fi. de do. & cōtu. circa pe. col. vbi q̄rit an possit appellari a condē natione, et taxatiōe expēsarū. & adde ꝙ si in interlocutoria iudex nō cōdēnauit in expēsis: tū pōt quan docūq; ante diffiniti uā sniam condēnare scdm Inn. in c. sępe. extra, eo. ꝙ no. & notat bar. in d. l. terminato. A dde an ab excessu taxationis expensarum possit appellari. Roma. consi. cclvij.

a ¶Quæro quando. Vide qđ no. Barto. in d. l. si superatus. de pig. quod nota.

b ¶Intra quantū. Et an venditor possit esse testis in causa euictionis: & quid in fideiussore: vide Barto. in l. si cui legetur. §. fina. ff. de leg. j. Et ad Barto. hic vide do. Anto. in c. insuper. de testi.

c ¶Si procurator qui in iudicio. Hūc text. allegat pro sing. Roma. no. incip. quæro an procurator. ibi: quæro qđ in causis. not. ꝙ cū tractat de meritis causæ, non dicitur quasi. lis contestari: & vide per do. Bald. in l. si insulam. circa princip. q. Bar. in ver. quæsitū. de ver. obli. idē Bar. in d. l. nulla. & vide etiā in l. post litem. §. de procu. Et ꝙs dicatur dūs litis i causis, in ꝙbus lis nō contestat: adde Bart. in l. postulante. de ꝓcur. adde tū ꝙ dixit not. Bar. in l. ij. §. idē scribit. de pec. adde etiā ꝙ Io. an. & do. Ant. in c. cū M. Ferrariēsis. de cōstit. dixerūt ꝙ primus actus, qui agitur cū parte post litē cōtestatā, idē operat ꝙ litis contestatio in supueniētibus. ꝙ dictū fuit opi. vt refert ibi Imo. Vltramon. quē sequitur Cy. in l. nulla. & in l. ꝓcurator. C. de procur. & idē videt voluisse Barto. in l. Pomponius. §. rati. §. de ꝓcur. quicquid dixerit Imo. in d. ca. cum M. Ferrariēsis. quem vide. Ad prędicta adde ꝙ idem Imo. in d. c. cum M. Ferrariensis. refert Barto. tenere cōtrarium in d. l. nulla. & in l. nihil. C. de procura. & ibi dixi ex eo, quia non reperiē hoc bene cautū: & quia ex quo semel est facta cōtestatio, non debet amplius multiplicari in eadē lite. facit l. proprias. C. de leg. & subdit ibidem Imol. quod hæc secunda opinio. Barto. forte est verior, licet Cano. cōmuniter transeāt cū opin. Ioān. and. adde quod hoc idem Ioā. And. videt voluisse Bar. in d. l. Pomponius. in §. rati. i principio. & si bene inspicitur in locis allegatis per Imol. Barto. hoc non dixit. ideo cogita. Et ad prædicta adde Barto. in extrauagā. ad reprimendum. in versic. figura. & not. quod Bal. in l. quod quis. C. de procu. & Bar.

interpretantis: vt l. non ignoret. in fi. C. de fru. & lit. expen. & ibi no. in glos.

1 ☞ *Procurator quando est condemnatus, potest proprio nomine appellare. remissiue.*
2 *Venditor non potest appellare, quando emptor est condemnatus, ut contumax.*
3 *Venditor intra biduum emptore victo appellat.*
Emptor pro venditore, vel ecōtra, testimonium ferre non potest.
4 *Sententia lata contra debitorem non præiudicat creditori.*

Alio condemnato. Breui ter hoc intendit. Alio condemnato nō appellante, vel appellationem non prosequente, alius, cuius interest, poterit appellare, & appellationem interpositam ab alio prosequi. h. d.

Nota glos. positam super versic. suo. quæ dicit: id est, domini: vel suo proprio procuratoris. Et sic facit † ꝙ procurator condemnatus possit proprio nomine appellare. de quo dixi in l. j. §. fi. ff. eo. Secundo nota aliam gl. quæ tenet, † ꝙ quando emptor est condemnatus vt contumax, nō potest vendītor appellare. †Quæro, quando[a] emptore victo appellat venditor: vel econtra: intra quantum[b] tempus possit appellare secundum ista iura? Rīdeo: intra biduum, vt in ꝓpria causa: vt l. ij. §. j. ꝙ app. sit. Ex hoc apparet, ꝙ vnus pro alio in tali causa testimoniū ferre nō potest. Facit quod not. in l. nullus. §. de test. & per doct. C. de test. l. oībus. †Vltimò, quod hic dicit, ꝙ sententia lata contra debitorem nō præiudicat creditori: intellige, si est lata post rem obligatā: vt l. si mater. §. fi. in fi. §. de excep. rei iudic. & l. si superatus. §. de pig. Alia circa hunc §. dicentur. j. l. proxi. in princ.

☞ *Procurator per litis contestationem, quòd efficiatur dominus litis, id est instantia.*
Procurator etiam vbi lis non contestatur, vel post litem contestatam interueniens, statim cùm incipit tractare de meritis causæ, efficitur dominus litis.

Si procurator, qui in iudicio.[c] Procurator, qui litem cōtestatus est, si vincatur, per procuratorem appellare potest. hoc dicit. †Nota ꝙ per litis contestationem procurator efficitur dominus litis. Cōtra, dominus litis dicitur ille, ad quē commodum. & incōmodum victoriæ pertinet: vt C. eod. l. dominus litis. & de sentē. l. j. Sol. hęc appellatio. dominus litis, potest duobus modis intelligi. Primò dominus litis: id est, instantiæ. & ita loquitur hic. Secūdò dominus litis: id est, causæ, & eorum, su per quibus litigatur. & hoc modo sumitur in cōtrarijs. Quæro † quid in causis vbi non sit litis contestatio: an procurator efficiatur dominus litis? Et idem potest quæri de procuratore, qui interuenit post litis cōtestationem. Petr. in l. nihil. C. de procura. videtur dicere ꝙ statim quando procurator incipit de meritis causæ tractare, efficitur dominus litis: argu. l. ij. C. de cōsor. eiusli. Et hoc indubitanter est verum. Casus est in l. nulla. C. de procura. vbi tex. dicit, post causam in iudicio agitatam: non dicit, post litis cōtesta. Quocūq; ergo modo causam incipit agitare legitimè, dūs litis efficitur. Quod ergo hic dicit & similibus hic alleg. in gl. li. cōte. &c. supple, vel alio modo, causa agitata. per dictā legē, nullam. Sic etiam

debet intelligi l. si procurator. §. j. §. mandati. vbi dicitur, ante litis contestationē non potest facere procuratorē. subaudi, vel ante litē alio modo agitatā. cum agitur præparatoria tractātur scilicet an sit procurator an sit iudex an libellus ꝓcedat & similia per hoc non efficitur dominus litis: sed cū incipit tractare de meritis causæ tunc efficitur dominus litis: vt d. l. nulla.

1 ☞ *A sententia inter alios lata, ratione qualisqualis præiudicij, quis appellat.*
Testes examinati contra vnum, contra alium faciunt indicium.
2 *Fideiussor quòd possit appellare à sententia lata contra principalem.*
3 *Sententia lata contra principalem, an possit contra fideiussorem exequi? remissiue.*
4 *Fideiussor venditoris, emptore victo, quod possit appellare.*
5 *Practica appellandi, quando quis appellat ratione qualisqualis præiudicij. & nu. 6.*
6 *Sententia lata pro tertio appellante, ratione qualisqualis præiudicij. quando prosit victo.*
7 *Tertius ratione sui interesse, quod etiam poterit appellare à secunda sententia lata contra victum.*
8 *Si victus nedum in prima sed in secunda, & tertia sententia si succubuit, quando tertius poterit appellare.*
9 *Tertius appellans à sententia lata contra alium, debet in appellatione causā inserere: & hoc casu videtur appellari ab interlocutoria: alias appellari dicitur à diffinitiua: & eo dem modo procedit.*

A Sententia. A sententia inter alios dicta appellare potest is cuius interest d ratione pleni, vel qualisqualis præiudicij, d & causam appellationis à victo interpositam potest prosequi hoc dicit cum duo 1 bus. §. seq. †Not. ex principio, ꝙ propter qualequale prejudicium quis potest appellare à sententia inter alios dicta. Et hoc facit ꝙ testes examinati contra vnum, cōtra alium faciant indicium sicut de sententia. Si ēm nullam probationem faceret appellare opus non esset. De hoc dixi supra de iureiu. l. admonendi. † Secundo nota fideiussorē 2 posse appellare à sententia cōtra principalem lata. Subaudi, licet ei non faciat plenū præiudiciū, vt in prędicti responso dictū est. Et hoc colligitur ex dictiōe ītē, hic posita quæ est repetitiua, scdm ea quæ dixi in l. j. in prin. §. de publi. Ex quo Gul. de Cug. c inducit legē istā ꝙ † sententia lata cōtra 3 principalē non mādatur[e] executioni contra e fideiussorem. Quod dic vt plene dixi in l. j. §. iudi. sol. †Tertio no. fideiussorem vendi 4 toris appellare emptore victo. & hoc vsq; ad §. si hæres. Opponi de l. Lucius. §. de his qui no. infa. Solue. vt ibi. Quęro dicitur hic vel similē huic causam, quę est similis? Dic vt in glo. Quęro vtrum sententia lata pro isto tertio appellante, prosit ei. qui victus fuerat. Textus videtur quod non: extra de re iudic. cum super controuersia. &† ideo in forma libelli porrigendi corā iudice ad quem: & in forma sententiādi in causa appellationis est diuersitas. Nā Inn. in eo. ca. in prima gl. videt tenere ꝙ si quidē quis appellat rōne qualisqualis prædicij: tunc appellans debet petere pronunciari sententiā latam sibi non præiudicare & ita iudex debet pronunciare. Et ita intelligit hanc legē. Si vero appellat rōne pleni prejudicij: tunc petit sententiam cassari, & irritari. postea in eo capi. in glossa magna, super ver. interpositam aliquātulū ante finem gloss. ponit post glo. in d. l. nihil. & Bald. in authen. q semel. C. quomodo & quādo iudex. Et quid quando procedo contra absentem vbi lis non cōtestatur, vide nota. per Bald. in l. j. §. de priua. deli. & Pet. tenet in l. si pluribus. de lega. j. quod actus qui inducunt litis contestationem inducunt etiam eundem effectum in causis, in quibus lis non contestatur, qđ est not. secundum Cyn.

✠ Pro concordia. Aduerte. procuratorem constituere ad aliquos particulares actus iudiciarios non pōt procuratorē cōstitutus post litē contestatā, & effectus dūs litis: sed bar. i. l. nihil. & in l. nulla. C. de procur. Contrarius tamē allegat per aliquos hic in §. fina. in l. ab executore. Sol. dat Bar. ibi se in d. l. nihil. in distinctione quāfacit vbiq; quia aut est effectus dūs instantiæ, aut causę, &c. dic vt per eū maxime i d. l. nihil. Ad de Ange. Aret. in §. præterea. Institu. de excep. char. xij.

d ¶Qualisqualis prædicij. Et ad istud qualequale ꝓiudicij vide d. Ant. & Abba. in c. pe. in iij. col. de re iud. & quæ scripsit in l. sępe. de re iud. & limita vt per Bal. in l. j. C. de fal. vide Ang. post glo. in l. j. de re iud. & sic sniæ inter alios lata facit qualequale præiudicij. Et ita not. glo. in l. quia. & in l. si duo patroni. de iureiu. Adde eundem Alex. cōsi. lxxxiij.

e ¶Nō mandatur. An sniæ lata contra principalē prejudicet fideiussori, vel econtra sniæ lata in fauorem fideiussoris, an prosit principali suo declarat Barto. in l. duobus. §. a fideiussore. de iureiu. & vide plene in l. j. & ibi dixi iud. sol. nam spāle est hoc in fideiussore de iud. sol. per l. fi. et ibi Bar. C. d. vsu. rei iudic. & hī in d. l. duobus. ergo secus i alijs. Itē scdo fallit i pīe qui tenet ꝙ filio & est tanq; fideiussor in l. cū filius. de verb. obli. sicut est de fideiussore: quia sniæ lata contra filiū nocebit patri, et nō citato, vt no. voluit Bart. in d. l. cū filius. §. de verb. obliga. & iō dicas ꝙ si in casu huius legis esset citatus, sibi etiam fieret præiudicium, vt ibi etiam dixi.

a ¶ Videatur acqescere. Quaŕr vr̃ quis acquiescere sñiæ, vide in l.si q separatim j.eo.
b ¶ Eũ q nocentẽ. Ad de qđ in materia dixi post Bar.in l. a diuo Pio.§.si super rebus.s̃.de re iu.no.tñ ꝙ ẽt is cuius non interest põt appellare si cõtra eũ fuit ꝓcessum cõtra iuris præcepta. Bal.in l.fi. C. de fideicõ.liber.
c ¶ Quæro si primo. Sed qd si principalis appellãs prosequebatur inepte vel vult desistere, an illi quorũ itereſt poſsint cõtradicere. Paul. de leaz.& post eũ Pet. de anch.in cle. cõstitutionẽ.tenet ꝙ sic: ar.l.si post mortem. §.fi.de cõtrata.cũ si.& no.p.Inn.in c. ex cõquestione.de resti.spo.In cõtrariũ facit ꝙ no.bal.in l. añpe. C.si vnus explu. Ad de bart.in l.si plusorio.§.j.j.e. An qñ tertius appellat pro suo interesse reqratur expreſsio, adde in c.cũ sup.de re iud. & ibi hoc voluerũt Inn.et Io.an.in ver.rõnabiliter. vide Mathesi. no.ccxxij.& quæ dixi in l.j.§.fi.s̃.eo.
POMATES.
d ¶ Poterit tertius. Vide Fel.in c.cũ sup in prin.de re iudi. vide Raph.cu.cõsi.vj.& tribus seq. vsq ad fi. vbi ꝓsequitur istã materiam.
e ¶ Idẽ rescripsit. Sed nõ credo istã gl. verã: qa cũ iã p sñiam sit rescissum testm̃, illa sñia iam facit ius quo ad oẽs. l. Põponius.§..fi.s̃. de inof. test.& sic p pactum hæredis nõ est cõfirmata: vt in l. tale pactũ.§. qui prouocauit.de pact. Quid ergo erit? Nos dicimus, ꝙ idẽ rescriptũ est, s. ꝙ isti legatarij poſsint appellationẽ ꝓsequi: quia ibi añq ferreť sñia, fuit facta trãsactio:& sic testamẽtũ nõ erat rescissum: hic vero fuit lata sñia. vt faceret ad titulum.

opinionẽ quorundã qui dicũt vtrãq petitionẽ procedere: nec aliud firmat. Mihi videtur ꝙ iudex appellationis, si quidẽ pronunciaret appellãti nullũ facere prẹiudiciũ hoc nõ poſſet facere niſi quia sententia est iniqua: ideo super iniquitate pronunciare videtur, vt l.j.C.de ordi.iudi. Semper ergo de iniquitate vel ẹquitate sententiæ pronũciat tacite.
6 † An autem victoria istius appellantis prosit victo? sic dico: Aut victus appellauit, & etiam ille tertius, & vterq prosecutus est suam appellationem tamen ille victus in causa appellationis de iure suo nõ docuit: ille tertius docuit de iure suo: tunc fateor, ꝙ talis sententia ferenda à iudice appellationis proderit solũ illi tertio: & quantũ ad eum sententia infirmabitur. Hic est casus in d.c.cũ sup. ꝙ probatur per rationẽ quia cũ vterq suã appellationẽ interposuit & sic vterq sibi prouiderit: renũciare videtur prouisioni quẹ est vt sententia lata pro vno, prosit alteri: quæ prouisio legis est cõtra cõmunẽ regulã. Res inter alios acta: & ideo tunc libellus appellatorius deberet sic formari. Peto talem sententiam, quantum ad mei præiudiciũ infirmari. Si vero victus non appellauit, sed solũ ille tertius cuius interest: & tunc aut ille victus acquieuit sententiæ, & eam ratam habuit: & tunc idem: quia sententia infirmabitur solũ quo ad prẹiudicium appellantis: non quo ad præiudiciũ victi. ꝙ probatur infra eodem l.proxi. vbi ponitur speciale in causa capitali. ꝙ victo approbante sententiã: tertius auditur appellans. Et sic in contrariũ est ius cõmune: & etiam illo casu iurisconsultus dubitauit, vt patet j.l.proxi. Si vero victus nõ acquieuit dictẹ sententiæ, sed non appellauit contentus appellation: interposita per tertium: tunc debebit sñia irritari in totum: & proderit appellanti etiã victo. Ita debet intelligi hẹc lex. Qđ probať per l.si quis separatim.in fi.j.eo.& C.si vnus ex plu.l.ij. vbi si vnus appellauit pro parte sua, licet non appellet pro pte alterius, prodest alteri habenti eandẽ cãm defensionis: multo magis hic vbi à sñia appellat lata contra alterum. Et isto casu puto ꝙ etiã si expreſſe in appellatione: & etiã in eius ꝓsecutiõe appellans diceret se appellare respectu sui prẹiudicij tantum, ꝙ nihilominus effectus victoriæ porrigereť ad victũ, vt l.si post mortẽ.in fi. de bono.pos.cõtratab. licet in contrariũ faciat qđ no.in l.& per iusiurandũ.§.si legatorũ.de accepti.& s̃.qđ met.cau.l.si cũ exceptio.§.Labeo.in glo.super ver.dederit. In qbus dicitur ꝙ licet effectus acceptilationis porrigatur ad fideiussorẽ: tñ hoc nõ est nisi contrariũ agatur Sed acceptilatio dependet ex cõsensu partiũ, secus in sententia & eius effectu, vt l.nõ põt.s̃.de fur. Ad quod facit qđ not.C.de
a transact.l.si diuersa. Qualiter autẽ videať acquiescere [a] sentẽtiẹ, vel non: dicã in l.si qui separatim.j.eo. Sed contra prædicta opp. Tertius veniẽs ratione alicuius præiudicij, in nullo est grauatus. Si ergo vult petere ꝙ sententia nullũ faciat sibi præiudiciũ, non debet adire superiorẽ iudicem appellationis, sed primũ. Rñdeo, dicit Inn, ꝙ hoc ideo est: quia sententiando cõtra vnũ facit iniuriã sibi. Quod nõ videtur verũ. Nõ enim põt quis inferre iniuriã
b in eum quem non cognoscit in l.eum qui nocentem. [b] §. fin.s̃. de iniur. Dic ergo. ꝙ ideo permittitur appellare: quia ad hoc vt huic tertio non fiat præiudicium, non potest perueniri nisi ratione iniquitatis: nec debet ipsemet de ratione iniquitatis suæ cognoscere, vt l.eos in princip. C.eod. Preterea, ex hoc sentit iste tertius appellans cõmodum: quod causa ad superiorem deuoluitur. Si eñ corã primo iudice principaliter ageretur sententiæ suæ fauerer.
7 † Quæro si primo [c] victus est in prima, & in secunda causa ap-
c pellationis, vtrũ ab hac sententia secunda poterit tertius appellare. Dicit Inno. quod sic. satis est enim ꝙ sententia non trãsiuit in rem iudicatam: prẹterea eadem est ratio quẹ in sententia prima.
8 † Quæro quid si primus est victus in causa principali: & in prima & secunda causa appellationis, vtrũ ab ista tertia sentẽtia po-
d terit tertius [d] appellare? Dicit Inn. Aut sciuit causam agi per victum ante latam tertiam sententiam: & non põt appellare. Imputet enim sibi quia sciebat suam causam agi, & non prouidit. ar.C.de euictio.l.si parentes.& l.sẹpe.s̃.de re iud. qđ si ignorauit potest appellare: quia sine culpa sua non debet damnnificari: tñ huius appellatio primum victum non releuabit secundũ eum,
9 cui in hoc assentio. † Quæro vtrum in ista appellatione procedatur, vt in appellatione à diffinitiua, an vt in appellatione ab interlocutoria, vel tanq omiſſa extra iudicium. Videtur ꝙ sit quẹdã appellatio extraiudicialis: nam iste tertius appellans causam nõ fuit prosecutus. Inn. dicit istam eſſe appellationẽ factam à diffinitiua sententia: perinde eñ procedet ac si victus ipse fuiſſet propter præiudicium quod sibi paratur, vt hic. Ego autem puto qđ hẹc appellatio quoad quid habeat vim appellationis ab interlocutoria: nam à diffinitiua põt victus appellare simpliciter absq expreſsione alicuius causẹ, vt s̃.eo.l.iij.in fin.& ibi not. Sed iste tertius appellans nõ auditur simpliciter appellans, nisi in appellatione aliquam causam exprimeret, propter quã sua diceret intereſſe, vt in hac l.in prin.expreſſe probatur.

1 ☞ *Legatarij an poſsint appellare à sententia lata contra hæredem.*

Si hæres.

Summaui cum præcedenti. † Nota quod legatarij poſſunt appellare à sententia lata contra hæredẽ. Contra text. hic videtur requirere ꝙ tunc poſsint legatarij appellare cum dicitur per collusionẽ eſſe sententiatum, sed supra l.proxi.in princi.permittit appellare ei cuius intereſt: ergo &c. Solu. non intelligas quod de collusione habeat neceſſe probare, sed si legatarij de hoc dubitant, poſſunt appellare: & ideo gloſſ. super hoc versi. quæratur. exponit id est dicatur. Hoc probatur in l.si perlusorio.in princ.j.eo.& ibi dicam.

1 ☞ *Tertius pro suo intereſſe poteſt appellationem interpoſitam à tertio proſequi.*
2 *Victus qui appellauit, licet transigat, uel cõfirmet sententiam, tamen tertio, cuius intereſt, non præiudicat.*

e Idemque rescripsit.

[e] Summaui cum præcedenti. † Nota quod ille cuius
1 intereſt, poteſt prosequi appellationem interpositam à victo, idem de causa principali: vt j. eodem. lege si perlusorio.§.primo.
2 ibi hoc examinabo. † Secundo nota quod licet victus qui appellauit, transigat de lite, vel confirmet sententiam: nihilominus is cuius intereſt, poteſt appellationem ab illo interpositam prosequi: non tamen poteſt per suam approbationem sententiæ, vel renũciando appellatiõi, prẹiudicare iuri q̃sito tertio per appellationem. Ideo text. ibi dum dicit: idem dicendum est. debet suppleri, scilicet vt appellationem prosequatur alias maneret rata sententia: vt supra de pactis. lege tale pactum.§.qui prouocauit. secundum Iacobum de Aret.& Oldra.& glo. quæ est signata super illo verbo, dicẽdum est: debet eſſe signata super illo verbo, quod sequitur. rescriptum est. quæ fuit facta timore oppositionis, quam statim faciam. Oppon. ad fin. huius §. hic innuitur quod à transactione appellatur. contra. ab actibus extraiudicialibus non appellatur. vt lege fina. infra de appellatio. reci. Solu. non intelligas quod appelletur hic à transactione sed quod dicit, idem rescriptũ est: scilicet vt agant cãm testamenti petendo legata. Sed an hoc sit verum quod non potest appellari ab actibus extraiudicialibus: dicam in dicta lege fina. infra de appel. reci.

Si quis ipso die.

Hunc declara vt dixi supra eodem: l.prima.§.fina.

1 ☞ *Appellans pro dãnato, licet dicat simpliciter, appello: appellatio procedit, & prudens iudex non cogit, quod exprimat nomine cuius.*
2 *Procurator in causis capitalibus, quando reus est detentus, quod poſsit interuenire.*
3 *In causis capitalibus quod executio poſsit fieri intra decem dies, qui dantur ad appellandum: remiſsiue.*
4 *Quilibet poteſt appellare pro eo qui abauagliatus. ducitur ad supplicium.*

Non

a ¶ Non tantum. Imo plus dixit Io.and.in c.cum C.laicus.de foro competen. in vj. ꝙ etiam si aliquis eſſet cõdemnatus ad mortem, nisi solueret centum: quod etiam eo inuito alius poteſt soluere: etiam si ille millies contradiceret. Et est ratio, quia nemo est dominus membrorum suorum: vt hic, & in l.liber homo.ã. legem Aquil. facit l.qui soluendo.de neg.gestis. qđ nota pro limitatione l.fi. C.de neg.gest.& videtur tex.de supra dicta q. cum glo.& ibi ponderat Barto.in l.Stichus.de penu leg.& per Bal.in d.l.fin.& per Inno.in c.lator. de pign. per Pau.de Castr.in l.quamuis. sol.mat. Facit quod habetur in c.ipsa pietas.xxiij.q.iiij.et qđ not.ibi per glo.fi.ꝙ etiam iste nõ poſsit renũciare beneficio & auxilio.glo.est in l.pactum inter hæredem.s̃.de pac.& per Bart.in l.custodias. in fi.s̃.de publi.iudi. per Bal.in ca.j.in secundo cõmento, extra de iudi. per Bal. in l.si accusatoribus. C.de accusa. ponit multum not. Barto. in l. qui vltimo. in fine.s̃.de pœnis. vbi videtur limitare dictum glos. quod no. dixit hic etiam Pau. de Castro referendo consilium Angel. in quo dicebatur, quod in casu proposito sibi, quando quis debebat cõdemnari in amputatiõe manus si non solueret centum: & ille vellet potius quod sibi amputaretur manus quã soluere, quod iudex debet eo inuito inquirere an habeat bona: & si habeat accipere ab eo cẽtũ: deinde illũ absoluere a manu. dixit tamen Ang. de Aret. in voce per tex.in l. si ita relictum.de lega.ij. quod si statutũ diceret, quod si quis soluere debeat centum intra decẽ dies: alias amputabiť ei manus: quod si ille deponeret, vel diceret, depono, vel trado simpliciter: quod poſſet sibi amputari manus. qđ tamen falsum videtur per prẹdicta. Item dicũt etiam docto.in d.l.si quis id quod. ꝙ si qs debet soluere centũ, alias fustigabitur: ꝙ, etiam si deficeret vnus denarius, poſſet fustigari quod satis durum videtur de iure: per text.in l.v. §.fina.de verb.obli. Et vltra prædicta facit l.si ita relictũ. de lega.ij. Hanc videtur limitare Bald. in l. raptores. C.de episcopis & clericis. quoties crimen non est notorium. secus si eſſet notoriũ: per textum: ad hoc in l. iij. & in l.addictos. & quæ ibi Bald. C. de episcopa.audien.& l.si quis filio.§.hi autem.de iniust.testa.& in c. Romana.extra eo.lib.vj. Et in materia huius legis vide Bal.in rub.C. de iure fisc. lib.x. Et an sicut in casu isto quilibet poteſt appellare: ita poſsit prosequi appellationem. Gul.in l.eos.C.de appel. videť velle ꝙ sic. Facit l.si cuiusdam. C.de acc. sed bar. tenet cõtrariũ in d.l.addictos. C.de episco.audien.& bar. hic. An qlibet poſset ĩpedire executionem bãnni: not.Bal. in rub.C.de iure fis. lib.x. Et an sentẽtia lata pro pœna corporali transeat in rẽ iudicatã, vide Abba.& Mod.in ca.de his de accusa.in fi. Et an ista lex habeat locũ qñ absens dãnatur: & sic p cõsequẽs nõ tractatur de impediẽda executione. Ang. hic videtur velle sentire ꝙ sic: propter indentitatẽ ratiõis: & est verum.
b ¶ Oppo. ꝙ cõfeſſus. Et Bald.in l.j. in ix. col. C.ex deli.defun. tenet ꝙ solus confeſſus nõ appellat: per glo.in ca.Roma. & glo.hic pro multum no. allegat Bal.in l.si quis in hoc genus. C.de epis.& cler. ꝙ confeſsio facta post sententiã extra iudiciũ, nõ est sufficiens ad pœnam capitalẽ. et idẽ.in l. addictos. C.de epis.audien.& fortius ĩ l.vt debitũ ĩ fi. C.de hẹr.act.& no.bar.ĩ l.ij.C.quo appel.& ibi bal.in j. col. et adde bal.in d. l.addictos. C.de epi.audien.& glo.Bar. in l. constitutiones. j.eod.
c ¶ Intra decem dies An autem bannitus poſsit impune offendi intra tempus datum ad appellandũ, vide Baldum in lege addictos. C.de episcopali audien.et in §. addictos. C.de appellationibus. qui tenet idem cum Bartolo.& melius in lege qui, vltimo. de pœnis. quem sequitur Romanus in lege tertia.§.si seruus. supra de acq.pos.
d ¶ Cum quidam. Ad de Bartolum in lege prima §.finali. in versiculo quæro an debent s̃.eodẽtitulo.
e ¶ Quæ est ratio. Vide Baldum in rubrica. C.de manu. vindi.& in authentica quẹ supplicatio. C.de precib. Imperato.offerend.& vide Baldum in lege si causa cognita. C. de transactionibus.& in l. si prætor.§. finali. supra de iudicijs.& vide Bartolum in lege prima. si aduer. libert.& Baldus in lege prima. C.de in integr. restitu. postu.& in l.fi.ĩ ij.col.C.si exfal. instr.& Bal. in l.fi. C.de ordi.cog.& vide quẹ dixi in l.iij.§. si ser..s̃.de acq.poſſ.

a Non tantum.

[a] Cuilibet licet prouocare pro eo qui ad supplicium ducitur, etiam eo inuito. h.d. Nota ꝙ humanitas, & officium, quod est inter hominem & hominem, facit vt cuiuslibet intersit, ne alius perimatur: propter quod intereſſe admittitur ad appellandum. Oppo. ꝙ hic tertius nõ admittitur: quia sua nõ inter est: vt s̃.l.proxi.in prin. Sol. hic nõ intereſt eius pecuniariter: sed intereſt eius ratione dicti officij vel humanitatis. quod sufficit: vt hic. Sed cõtra hoc facit: quia qui pro suo intereſſe admittitur, proprio nomine appellat: vt l.si procurator. infrà, quando appella. sit, sed dicit, ꝙ appellat nomine eius qui damnatus est: ergo &c. Sol. Potes dicere, ꝙ hoc casu appellauit nomine alieno: quod satis placet. Vel dic ꝙ appellauit nomine proprio. Et quod hic dicit, nomine eius: dic, id est, ad eius vtilitatem. Simile. C.de his quibus vt indig.l.Polla.& s̃.de his quibus vt indig.l.tutorem. Vel dic nomine eius, scili-
1 cet appellantis. † Sed si diceret appello simpliciter: nec exprimeret nomine suo, vel nomine victi, procederet appellatio: & prudẽter faciet iudex si eum non coget exprimere, vt dicit Innoc.in simili extra de testi.c. cum olim. Opp. causæ capitales nõ poſsunt agi per alium, vt l.pe.§.ad crimen.s̃.de publi.iudi.& j.an per alium cau. appel.l.j. Sol. dicit gl. hic venit pro suo facto & suo intereſſe, nõ vt procurator. quod repugnat aliquãtulum huic literæ quæ dicit nomine eius: nisi exponas vt dixi. Ad §.ad crimen. dic ꝙ aliud in causa principali: aliud in cau
2 sa appellationis. Ita sentit glo. † puto quòd quando reus est in carceribus, vel in fortia alterius sicut hic: quia ducebatur ad supplicium: etiã in causa capitali poteſt interueni re procurator, vt dixi in d.§.ad crimen. Et si reus nõ defenderet: nec procuratorem daret: quilibet poſſet eũ defendere, vt l.si non defendantur. de pœ.& l.j.in fi.s̃.de quẹstio.
b Oppo. ꝙ confeſſus [b] non appellat, vt C. quo.app.non reci.l.ij. Sol. glo. Tu dic ꝙ ibi erat confeſſus & conuictus: hic solùm confeſſus, secundũ Dynum.& nota.in l.contraria. Alia contraria dic vt in glo. Hæc lex
3 videtur probare ꝙ in † causis capitalibus
c poſsit fieri executio intra decem dies, [c] qui dantur ad appellandũ. Quod apparet: quia intra terminum appellandi ducebatur ad suppliciũ: quod dic vt dixi in l.qui vltimo.
4 de pœnis. † Nota remedium pro illis qui ducuntur ad supplicium, quòd iudex facit eos abauagliare. ita quòd loqui non poſsunt, vt quilibet pro eis poſsit appellare. Simile. C.eodem l.addictos.& C.de episcop. audien.l.addictos.

d Cum quidam.

[d] Propter metum iudicis sufficit appellationem proponi coram vicinis & honestis personis. De hoc habes rubricam C.de his qui per metum iud.non appel. Dixi in l.de pupillo.§. si quis ipsi.s̃.de noui operis nuncia.

Illud sciendum.

Appellans nõ debet iniuriari ei à quo appellauit: alias punitur. h.d.& punietur pœna extraordinaria, officio iudicis, cũ nõ sit pœna determinata, vt l.j.§.expilatores.s̃.de effracto. secundum doct.

1 ☞ *Appellatio quod extinguat pronunciatum.*

Illud sciendum.

A sententia lata pro libertate põt appellari, non in integrum restitutio peti.
e h.d Sed quæro quẹ est ratio. [e] Respondeo.
1 † quia appellatio extinguit pronunciatum ac si nunq eſſet pronunciatũ: vt l. furti.in prin.& quod ibi no.s̃.de his qui not.infam. quod nõ facit restitutio: ideo libertas quæ semel competit, restitutionẽ tolli non põt. Oppo.de l.j.C.si aduer.lib. Dic vt ibi.

1 ☞ *Quando plures tenentur ex vno contractu vel quasi poſſunt omnes vno libello conueniri, & etiam separatim.*

Si qui separatim.

b ¶Et idē auditoriū. Nota ꝙ idem est tribunal vicarij,et eius cuius est vicarius,licet in cōtrariū facere videatur quod nota.Bar.in l.a proconsulibus per illū textum.C.de appel. Et ista faciunt ad no.q. Nam hic habetur ꝙ appellatur a delegato ad delegantem. Pone ꝙ episcopus d̄legauit causam vni canonico qui tulit sēntiam,a qua est appellatum ad vicariū an valeat appellatio? ponit Archi.in c.ij.de consue.in vj. & dicit ꝙ sic:quia episcopi et vicarij est idem tribunal.et ibi & in c.Romana. hic alleg.facit dubium: & quia ista duo æquiparantur appellatio a iudice,& iudicis recusatio vt suspecti.d̄ app.c.super eo. Sed si delegatus episcopi recusat̃ vt suspectus, debet causa corā ep̄o agitari,& non corā vicario:vt in c.si cōtra vnū.de offi.dele. ī vj.Si hoc est ī vno: ergo idem in alio. Nec obstat ratio Archi.quia licet sit idē tribunal,non tamen est in cā delata:quia in ea maior est vicario delegatus: vnde ad vicarium vt ad maiorē nō potest appellari.Quod no.p̄petuo,& cogita. Itē facit ad q̄onem, notarius deputatus est ad scribendum oēs sentētias ep̄i, episcopus cōmittit vnam cām vicario suo, vtrū notarius ille teneat̃ scribere sn̄iam istā sine salario? Bal. ī l.fi.C. vbi et apud quem.tenet ꝙ non. Item ad hoc vide gl. no.et ibi Dom.in c. j.de capel.mo.in vj.

c ¶Ad superiorē. Et hoc est verum, etiā si esset cōtraria consuetudo:vt in ca.nō putamus.de consue. in vj.et alle.ad Bar. in d.l.pręcipimus.nisi ipse vicarius esset alicuius officialis vicarius,vel nisi esset d̄legatus ad specialem causam,secūdū Ioā. And.in d.c.nō putamus, quia hoc casu ad eū,cuius eēt vicarius,eēt appellādū.c. cū dilecti filij. de appella.vbi de hac materia et ibi vide ad intellectum huius legis. Sed pone quod quis ē vicarius ordinarius, & delegatus eiusdem,qūo ab eius sententia appellabitur.& ad quē? vide Io.Andr.in additio. Specu.in tit. de offi. vic.in addi.quæ incipit, vidi dubitari. Cum quo transeunt Mod.in l.ij.in prin. de verb.oblig.

POMATES.

d ¶Sed quæro. Vide glo.in Cle.& si principalis.de rescrip.& ibi per oēs. vide gl. in contrarium. in c. statutum.§. insuper. de rescri.lib. vj.vbi dicit ꝙ delegatus ad vniuersitatem causarum,dicitur ordinarius.vide ibi.consului Rauennæ proximis diebus. vide c. quoniā in plerisque. de offi.ord.vbi videtur casus cōtra istos ibi nō erat vicarius gn̄alis, & tn̄ habet ordinariā p̄tātē.& ibi allegaui gl.ergo.

POMATES.

e ¶Vices ordinarij. Vide Aret.consilio cxxxj.col.j.& Alexan.cclxxxij.col.ij. volu.ij.vbi sequitur hoc quod dicit Bar. hic q̄n constitueret̃ in castro.

f ¶Aliquo castro. Ad de quæ notat Bal.in l.penul.š.de appel.

confirmari a superiore:& tunc debeat ab ista appellari:vt l.si ad scribatum. & l.nominationum.cōiuncta lege, si quos.C.de decurioni. Facit extra, de electione.c.cū dilectus. & quod ibi no.per innocentiū, Quædam est nominatio,quæ tribuit p̄fectū ius,sine superioris decreto:vt decretum decurionum super eligendo syndico:vel actore:& tunc ab illo debet appellari:vt hic. An autem sufficiat decretū decurionum:dixi in l.actor.š.rem ratam haberi.
3 Quæro,an[a] a decreto†ordinis, puta Priorum,possit appellari ad rectorem ciuitatis? Respon.de iure cōmuni nō. Ratio est:quia defensor ciuitatis non habet merum,vel mistum imperium:per ea quæ notan.in l.ea quæ.§.magistratib9.j.ad munici.& in aut̃.de defenso.ciuita.§.iusiurandum. Sed cā appellationis est misti imperij.vt C.de iudi.aut̃.ad hæc. Quod etiam apparet:quia expeditur officio iudicis nobili:vt dixi š.de appellationibus.l.j.in prī. & quia non transit in delegatum:vt š.tit. primo.l.prima.& ideo appellatur ad præsidem prouinciæ:vt hic. Sed in ciuitatib9, quæ habent merum,& mistum imperiū, est aduertendū,aut eorū rectores eligunt̃ ab ipso ordine:& tunc cum ordo sit superior non poterit appellari ad rectorem,cū sit inferior vt š.de appel.l.j.§.si quis in appellatione.& ibi dixi. Sed si ordo nō eligeret Rectorem:sed forte poneretur in ciuitate ab aliquo Rege, Prīcipe,vel maiore ciuitatis:tunc ad ipsum rectorem appellaretur:habet enim ius præsidis:[b] argu. huius §.& quod no.C.de sentē.ex breui. reci.l.ij.& eodem modo dico,de his qui eliguntur ab aliquo collegio:quia non appellatur ad superiorem collegij. Si vero habet merum & mistum imperium,tunc posset iudicare.tutius tamen fieret si delegauerit:vt l.prætor.š.de iurisdictiōe oīm iudicum.sed cum causa appellationis delegari non possit,vt dixi,cognoscit ipse: vt hic:& melius faciet si iudicabit de consilio alterius,arg.dictæ l. prætor. Itē facit
4 †quod canonicus factus episcopus possit iudicare de his quæ fecit cum alijs,quādo erat in capitulo.de quo per Ber.extra.de iureiu.c.sicut nr̄is.& p̄ Inn.de of.ord.irrefragabili.& de cōces.præb.c. postulastis.

1 ☞*Id quod fieri non debet,si fiat factum tenet.*

2 *Sententia pōt fieri sub conditione,quæ cohæret negotio.*

3 *Sententia quando est lata sub conditione,an tempus currat à die existentis conditionis,an à die latæ sententiæ.*

4 *Tempus petendæ restitutionis,quando aliquis contrahit sub conditione,& sententia lata est sub conditione,an currat à die latæ sententiæ,vel existentis conditionis.*

Biduum.[c] Tempus appellationis interponendæ,currit a tēpore sn̄iæ latæ[d]: etiā si sn̄ia fuerit conditionalis.hoc dicit. No.quod dixi in sum-
1 mario.†No.ꝙ illud,quod fieri nō debet, factum tamen tenet,[e] quod apparet:quia debet appellari. Oppo.de l.relegatorū.§. ad tempus.š.de interdi.& releg. Solutio. Illa concordat. Op.de l.qui testamento.š. de excusa.tuto.in prin.& l.j.in princi.š.de feri. Gl.non soluit:sed dic,vt soluam j.proximo contrario. Op.de l.non dubium.C. de legi. Quidā soluunt,ꝙ hoc de consuetudine tenet Pet.soluit al̃r. Teneatis sol. Dy.quæ ponitur in factum legitimæ.extra.de reg.iur.lib.vj.ꝙ quæ non debēt fieri facta tamen tenent quando lex vltra p̄cedit. Op.de l.cum iudex.C.de senten.&
2 š.de re iudic.l.a diuo Pio.§.ij.Sol.†Quædam est conditio penitus remota,vt si nauis ex Asia venerit, & sic est extrinseca: & sub illa sn̄ia ferri nō debet. Sed si est cōditio cohærens negotio.vt si est probatū vel ꝙ capiantur immobilia,si non reperiātur mobilia,& sic intrinseca:& tūc potest ferri sub conditione.[f] Venio†ad prin.ma-
3 gnæ glo dicitur hic,ꝙ currit tempus a die latæ sn̄iæ.contra,id,quod non est,nō potest tolli:vt l.nā & si sub conditione.ver. post defectum.š.de iniust.rup.test.& l.decem š.de verb.ob. Glo.soluit duobus modis,& vna videtur contrariari alteri,& vna est,ꝙ valet sententia:vt pura:sed cōditio vitiatur. Sed nescio quid istud sit dicere:cum actus legitimi,qui conditionē nō recipiunt,si opponitur conditio in eis,vitiatur actus,non conditio,vt l.actus.j.de reg.iur.& c.actus.extra, de regu.iu.lib.vj. Non obstat §.impossibilis.de hære.insti. quia ibi impossibilitas vitiat̃. Solut.aliter Dy.ꝙ hic non pendet sententia,sed eius effectus,vt in acceptilatione:vt š.de do. inter virum & vxo.l.cum hic status.§.siue autem. Sed ista non videtur vera:quia ibi secundum verba,nō est conditionalis,sed secundum effectum,sed hic secundū verba,& secundū effectum est cōditionalis. Soluit gl.aliter,ꝙ tenet conditio, ꝙ non possit agi actione iudicati,potest tamē & debet ante appellari. Dic tu,ꝙ q̄dam sunt quæ non sunt re,nec spe: & ista non possunt tolli:sed illud ꝙ est spe,licet nō re,bene pōt tolli,vt l.Semproni9 Attalus.š.de vsufru.leg. Vnde ista sententia,quæ est ī spe,bene pōt tolli. Modo si debes mihi aliquid sub conditione,obligatus es spe, non re:nunquid tollere possim spē? Certe sic,quia & donari pōt:vt l.spem. C.de do. Sed prædictis multum obstat l.pen. §.primo.š. de excu.tu.vbi datus est tutor sub conditione,a qud tēpore incipit currere tempus excusationis. Et dicit,ꝙ a tēpore conditionis existentis,non creationis,vt l.non tantum.§.sed si sub conditiōe š.de bonorum pos.contra tab.non video, quod aliter posset dici,nisi ꝙ sic sit specialiter propter authoritatem rei iudicatę.& hoc videtur velle hic iurisconsultus. Quę-
4 ro,†quid[g] in restitutione in integrum:pone contraxi sub conditione,sn̄ia est lata sub conditione:an currat tempus ad petendum beneficiū restitutiōis in integrum a tempore existentis conditionis, vel a tempore latæ sententiæ,vel celebrati cōtractus. Cogitabitis.

1 Quod in sententiis. ☞*De dictione altera.* Tempus appellatiōis interponendæ,est informe,a quocunque actu interponatur.h.d. No.ꝙ dictio altera[h]†est distributiua duorum tantum: con

a ¶Quæro an a decreto priorum possit appellari ad rectorem ciuitatis? Adde quæ no.bar.in l.vbi absunt.š.de tuto.& curato.da.ab his.& hic late per Moder.Et an appellatio sit meri vel misti imperij. Vide per moder.hic.& gl.no.in l.j.C.de pœ.iudi.Et adde Bal.in l.eos C.de appel.dicit tn̄ Bal.in l. si vt proponis la j.in fin.C.quomodo & q̄n iudex in. pe.q.ꝙ cassatio sentētiæ non est misti imperij,quando cassat̃ per viā nullitatis:et sic a quocunq; pōt delegari secundū eū & dicit ibi Bal.in l. cum post. C.de appellationibus.ꝙ q̄a appellatio est misti imperij:ideo nō pōt delegari nisi in casu huius legis. Adde q̄ habes in l.imperiū. xxij.qō.š.de iurisdi. om.iudi.

b ¶Ius præsidis.Et sic vult hic Bar. ꝙ ille, qui est vicarius ecclesiæ in aliqua terra,habet ius superioris. Pro hoc ꝙ not. Bar.in l.hostes.ī iiij. col.š.de captiuis.

POMATES.

c ¶Biduum.De tempore dato ad appellandum,quando currat, &c. vide plene Feli.in cap.quod ad consultationē. colū. xiij.in fi.& seq.vsq; ad finem.de re iudi.

P. PAV.P.

d ¶Sententiæ latæ.vide late Alex.in rub. de re iudica.& ī tra. quæ dicatur sn̄ia diffinitiua.col.vlti.

e ¶Tamē tenet. Quę fieri non debent: facta tamē valent.verum est si lex vltra confirmet: al's secus l.non dubium.et ibi Bar.& etiam Bal.in vij.colū. C. de legi. Idem Innocen.in c. quod ad consultationem.de re iu. limita vt per Bald.in l.si p̄dium.in ij.col.ī ver. sed pone celebratur. C.de ædi.acti.

f ¶Sub conditione. An sententia lata sub cōditiōe teneat, vide de hoc in d.l.cū iudex. & in l.cū eorum C.de senten.& in l.conditionalis. š. de admini.tu.& in l. a diuo.§.in vendi.š. de re iudic. An autē valeat sn̄ia lata, si actor probauerit, est dubium.vide bart.ī l.admonendi.š.de iureiur.& per eū in d. l.cum iudex.& in l. prolatā.C.de sen.& per Bar.in l.ait prętor.§.si iudex.š.de re iudica. & plene habetur per Spe.in ti. de senten.prolata.§. species. versi.quid si iudex.& ibidē p̄ Io. And.in addi.q̄ incipit, habeo quæstionem solennem disputatam &c.& in eodem titulo.§. iusta. versi.ecce iudex. Et tetigit dominus Antonius in c.venerabilis.de excep. vide Cy.& Bal.in l.non dubium.C.de legit. & Bal.in addi.Spe. in titu.de senten.prola.in ij.colum.& Bar.& Bal.& Sali.in d.l.cum iudex. Bar.& Ang.in l.a diuo Pio.§.in vendi.Bar.& Ang.hic.& vide Spe.in tit. de execu.senten.§.iuxta.versi.sed etiam.& in §.species.ver.quid si iudex.& Ange.in l.iudex.š.de re iudicata.quorum tamen dicta limita primo esse vera nisi sententia esset lata sub conditione falsa:quia tunc indistincte est nulla vt voluit Ang.in l. qui Romæ.§.duo fratres.de verborū obligatiōi.per text. in l.qui testamento. š.de excu.tuto. vbi est gl.expresse. Pro hoc secundo limita, nisi sententia esset lata sub conditione īpossibili: quia tunc est ip̄o iure nulla:vt in l.fina.j.quæ sentē. sine appel.& firmat hoc Imol.in l. j. š.de cōdi.insti.licet Bal. & Roma.contrariū teneant in l.impossibilis.š.de ver.obl. & forte non bene. Tertio limita, nisi essemus in sententia decreti trahentis secum executionē q̄a tunc conditio vitiabit sententiā:vt no. Bal. per illum textū in l.mutuo.§. si sub conditione.š. de tutelis. Item sententia interlocutoria lata sub cōditione,tenet vt notat gl.& Bar. in d.l.a diuo Pio.§. in vendi.vbi etiam dicunt, quod valet lata sub conditione de præterito,vel de futuro.& vide doc. & ibi Alexan. circa medium.in d.§.ī vēditione.

ADDE, an valeat sententia lata sub cōditione, Pau.de cas. consilio xv.& bald. cōsi.ccclxxv. tertio libro.

g ¶Quæro quid. Vide ad hoc quod not. Barto.in lege si cui. in fine principij. de legatis prīo.& Bar. in l.ab hostibus. §. sed quod simpliciter š.de quibus cau.maiores.Et vide quod notat Bal.in l.si prædium.in secunda columna.in prin.ī ver. sed pone.de ædili.actio.vide quod not. Bald.in lege Caius. supra de excusationibus tutorum.per illum tex.

POMATES.

h ¶Nota quod dictio Altera.De hoc qđ dictio altera, p̄prie tantum in duobus verificetur:vide Panormitanū.concordan.per Alexand.in lege cum ex filio.§. finali supra de vulgari & pupillari qđ infert ad quæstionē de qua domi. Alex.

in loco supra allegato.

a ¶ Die feriato. Pro hoc,quia est actus extraiudicialis:vt no.Barto.in l.si expressim.s̃.de appella.

b ¶ Vltimo no.ꝙ non tenetur quærere eum in domo,vide do.Pet.in c. pastoralis.§.præterea.de offi.ordi.Bal.in c.suggestum.de appel.Imo.in c.calumniam.de pœ.et in c. plerunque.de rescri, & ibi dixi. Andre, Barbat.

¶ Tamẽ cõsulo.Adde Bar.in l.j.§.fi. in versi.quæro cui delegatur. s̃. de appel. adde Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi p̃tori.maxime in xvj. q.s̃.de ope.no.nũ.& isto casu põt offerri tabellioni supplicatio,secũdũ Bald. in auth.quæ supplicatio. de preci.Imper. offer.Et vide Bart. & glo.in auth.item. de temp.appel.

d ¶ Requirere iudicẽ. De modo formandi appellationẽ,quãdo iudex nõ reperitur, vide quæ dixi in d. l.de pupillo.§.si quis ipsi.in xvj.q.et corã quo posſit appellari si iudex a quo,est absens,et vide Bald. in leg.apertissimi. in j. col.C.de iud.et qđ ibi dixi.

e ¶ Eũ peruenit.No. an sufficiat ꝙ citatio & notificatio sentẽtiæ fiat ad domũ,vt currat tempus appellanti.no.etiam Bal. in leg.j.C.ex quibus cau.ma.et i l.ab eo.i iij.co. quomodo & quãdo iud.& qđ ibi Bar . et quod notat Bald.in l.si is apud quẽ.C.de libe.cau.et p Moder.in l.ex cõsensu.§. eũ qui.s̃.de ap.i iij.char.& Bal. in auth.hodie.in j.colũ.C.de appel. & in l.j.C.de temp.app.

f ¶ Dic quod quãdoque.Adde Bar.in l. fi.s̃.de in integ.resti. et in l.iij.§.si procu. s̃.si quis ius di.nõ obtẽ.dicit tamẽ Inno. no.in c.j.in fi.vt lit. nõ conte.ꝙ licet do minus posſit appellare,poterit solum i tra dies a die latæ sẽtentiæ,non a die sciẽtiæ,ex quo causa p tractata est p procuratorẽ.et p istũ tex. et iij.qõ.vj.§.biduũ. §.si aduersus.Nec obstat l.qũo et quando iud.s̃.alle.s. l.ab eo. quia ibi causa fuit p tractata cũ domino. vnde dicit, tũc si cõtra cõtumacẽ p̃sum ptũ dominum,et nõ verũ fertur sentẽtia, nõ transit in rem iudi.nisi post decẽ dies a die scientiæ in quo sciuit sententiã cõtra se latã.quod tene mẽti:qa ibi oẽs doct.sequuntur. qđ in casibus,in qbus cõfessus nõ auditur appellãs? An si cõfessus sit procurator præiudicabit dño. quo ad appellationẽ?do. Ant.dicit ꝙ nõ in d.c.j.qđ videtur ibi sequi do.Io. et dixi post Bar.in l.certũ.§.sed an ipsos.s̃.de cõfes.Et vide tex.no.in l.neq3. et ibi Bar.s̃.de fideic.lib.et Bal.in d.l.ab eo.in co.ij.C.qũo et quãdo iud.dãdo intellectũ ad hũc fi.§.quærit.si procurator amisit cãm,et sciẽter nõ appellauit,an dñs reuertens et hoc intelligẽs post decẽ dies posſit appellare? vide ibi no.et per eũ in auth.hodie.C.de ap.vbi tenet cõtra Bar.et seqtur gl.hic.

tra.C.de furt.l.ancillæ.Sol.Dicit glos.ibi quod illud est notandũ quasi dicat impropriè ibi ponitur,cũ regula sit contra. Tu dic,ꝙ ibi dicitur de duobus tantũ,s.cũ altera sit pœnalis,altera persecutoria.Nam licet p̃secutoriæ sint duæ,tamẽ ambæ ab vna parte,& pro vna ponuntur.Opp.C. de tempo.appel.l.j.Gl.non soluit,dic ꝙ ibi loquitur de tẽpore appellationis exercendæ.Quæro,vtrũ vniformiter interponatur appellatio,hoc est,semp in scriptis, vel semper sine scriptis? Gl. dicit,& bene, ꝙ non.dicam infra ti.j.l.ij.

1 *Tempus appellandi ꝙ currat:licet ex defectu contingente in personam litigatoris,iudex adiri non posſit:sed restituitur.*

2 *Appellari ꝙ posſit die feriato.*

3 *Tempus appellandi quod currat de momento ad momentum.*

4 *Tempus appellationis,quod non currat, quando per iudicem stat.*

Consilium ꝙ quando stat per iudicem,ꝙ appellans protestetur,et appellet coram honestis personis.

5 *Iudex est requirendus in loco publico,& in eo loco ubi cõsueuit ius reddere.*

Dies. Tempus appellationis interponẽdæ est vtile quo ad initium, cõtinuũ quo ad processum.h.d.Vel aliter Tempus appellatiõis interponendæ,currit a die sententiæ,si est facultas adeũdi iudicem a quo,vel ad quem,& tũc videtur esse facultas,cũ iudex in publico se ostendit.

1 Quærit†gl.quid si propter defectum superuenientem in persona litigatoris, iudex nõ potest adiri.Dicit gl.ꝙ currit tempus:sed restituitur.quod probatur s̃.de in integ.resti.l.fi.& quia hic loquitur solũ de

2 impedimẽto ex parte iudicis.Itẽ†qrit,an

a posſit appellari die feriato. [a] & dic ꝙ sic: p l.j.C.de dilatio.et l.miles.§.sexaginta.s̃. de adul.sed illa lex.C.de dila.nil facit:voluit allegare l.j.C.de fer.vbi est casus. Itẽ

3 †quærit,quomodo computetur istud tẽpus.Dicit gl.de momẽto ad momẽtũ.Ad quod vide quod dixi s̃.de adulte.l.pater.

b §.j.Vltimo[b]no.†ꝙ licet quãdo per iudicẽ

4 stat,tẽpus appellationis ipso iure nõ cur-

c rat,vt hic tamẽ consulo[c] ꝙ hic ptestetur, & appellationem publice coram honestis personis interponat:vt s̃.de appel.l.cũ quã.et C.de his qui per me.iudi.non app. l.prima.

5 Not.etiam†diligenter ꝙ quis nõ

d tenetur requirere iudicem,[d] nisi in publico:hoc est,in eo loco,vbi ius reddere cõsueuit.Vnde etiã si in domo propria consueuit reddere ius, tunc requirendus est ibi.De aliis temporibus appellationũ, dicã in l. de libel.dimis.

1 *Procurator in rem suam,an teneatur iurare de calumnia.*

In propria. Propria cã dicitur,in qua cõmodum,& incõmodũ,ad aliquẽ spectat in totũ:sed si in partẽ pro parte dicitur ppria.h.d.Ibi,suo nomine.id est,adeo ꝙ si patitur dãnũ, ab alio nõ est repetiturus:vel si lucrũ,alteri non est restituturus.& hoc innuũt seq.Opp.s̃.si ex noxa.causa aga.l.si cũ vno. Gl.non soluit.Dic ꝙ ibi ex necesſitate litigat:et iõ tota cã dicitur sua illo respectu:sed quod ad hunc §.forte habet tertiam diẽ pro parte socij.Nã esse in iudicio alieno nomine,dr̃ multis modis:vt s̃.de his.qui no.infa.l.furti.§.si quis alieno. Opponitur.C.de appellationibus.auth.hodie.Solue vt in glo.Vlti-

1 mo facit†ad quæstionẽ,an procurator in rẽ suam debeat iurare de calumnia? De quo dic:vt l.non solum.in princ.s̃.de procurato.et C.de iuramẽ.calumniæ.l.ij.§.j.

1 *Quando biduum detur ad appellandum,& quando triduum.*

Tutores. Tutores,et defensores,videntur esse in iudicio,alieno nomine:ideo habẽt triduum ad appellandũ.Opponitur ꝙ in defensorem fit executio:vt s̃.de pcuratori.l.Plautius.& sic videtur propria cã.Sol.gl.Tu dic,ꝙ hic quãdo defensor intercedit,et succũbit,habetur perinde,ac si recuperaturus esset a domino,quia nõ põt dicere victor, se iniuste vicisse:arg.s̃.de legatis.j.l.si seruus pluriũ.§.j.Opponiẽ ꝙ defensor interuenit nomine proprio,quando venit animo nouãdi,vt l.solutionẽ.s̃.de sol.So.gl.ꝙ hic non interuenit ani

1 mo nouãdi.Et iõ†in ista materia distingue:Aut quis est i iudicio suo nomine,et ad suã vtilitatẽ:et habet biduũ.Aut alieno nomine,et ad alienã.vtilitatẽ:& habet triduum.Aut alieno nomine, sed ad suam vtilitatem:et tunc aut cõstat hoc in iudicio,vt quia agit tanquã procurator in rem suam:idem si defendit animo nouandi,vel vt procurator i rem suam,et tũc habet biduũ:vt supra proxi.§.et modo dixi.Aut hoc nõ apparet in iudicio,quia est vt simplex defensor:quia posſibile est ꝙ habebit regressum,et quod nõ,et tunc habẽt triduũ:vt hic.Aut est in iudicio in suo nomine,sed ad cõmodũ alienũ,et tunc dicerẽ eodẽ modo.aut cõstat in iudicio,aut non:vt l.qui ex parte.& l.qui seruum.s̃.de interro. actio.& sic super hoc stãdũ est actis primi iudicij:nec super hoc attendentur nouæ probationes.

1 *Hæres emphyteutæ,si non soluit debitum canonem,an cadat à iure suo? remisſiuè.*

2 *Procurator,si est uerè contumax,an impediatur dominus appellare.*

Non posse appellare ob contumaciam,est pœna mera contumaciæ.

Vera contumacia,est delictum.

Si aduersus. Iste est notabilis §.No.ꝙ a tempore contumaciæ currit præscriptio.No.ꝙ contumacia procuratoris in non appellando,nocet domino. Opponitur ꝙ non procedat in absentem ante litem contestatam: quia nõ potest ferri diffinitiua,vt l.fi.§.illud.C.de tẽpo.appel. nec post litem contest.quia tunc aut citatio puenit ad notitiã: & non potest appellari. Aut nõ peruenit ad eius notitiã,et tũc est sententia nulla ipso iure.Nec est opus appellare.Gl.respõ

e det quod fuit citatus ad domum,nec citatio ad eũ peruenit[e]: sed si peruenisset:tunc esset vere contumax,et nõ esset opus appellare:ergo citatus ad domum fuit hic, & non peruenit ad eius notitiã:vt l.ab eo .C. quomodo et quando iudex.& l. iiij.§.toties.s̃.de dãno infect.Dixi in l.ex cõsensu.§.fi.s̃.de appellationi.dico ꝙ non auditur,nisi ex iusta cã.quæ est iusta cã

1 dic vt in gl.Quæro,hæres†emphyteutæ nõ soluit debitũ canonem,an cadat a iure suo? De hac quæstione dixi in l.cũ filius.§.in hac.s̃.de verborũ oblig.et tetigi in l.ad diem.eodẽ titulo.et doct.in l.ij.C.de iure emphy.vbi gl.dicit.et ibi p Cy. in xij.q.et per Dy.extra,de regu.iuris.c.si quis in ius.Quæro

2 circa secundam partem:procurator†est citatus,et est vere cõtumax,an impediatur dominus appellare propter cõtumaciã

f verã procuratoris? Dic quod quandoque[f] ex cõtumacia pcuratoris vis procedere contra dominum secundũ solitum ordinem iudiciorum:et tunc bene potes facere:vt l.eũ qui res. C. de procura.et C.de dignita.l.quoties lib.xij.Quandoque vis extra ordinem dominum punire,propter contumaciam procuratoris:& tunc non nocet domino,si illud non respicit ordinẽ iudicij:vt l.prima.§.si procurator . supra, si quis ius dicen. non obtem.Modo ad propositum propter contumaciam procuratoris potest procedi ad diffinitiuam sententiam.Item tacendo per triduum olim:hodie per decem dies perditur ius appellandi:et hoc est ex ordine iudiciorum.Ideo taciturnitas præiudicat domino:vt hic.Sed esse vere contumax, est delictum,& non posse appellare propter contumaciam, istud est mera pœna contumaciæ:ideo domino non nocet ꝙ sit pœna mera contumaciæ.est tex.in l.contumacia.s̃.de re iudi.Et hoc determinat Inno.in c.primo.extra,vt lit non contestã.Præterea,vt dictum est,vera contumacia est delictum sed hoc qđ delinquat nunquã videtur mandatum,nisi specialiter iniungatur,vt l.j.§.si procurator.s̃.si quis ius decen.non obtemp.& l. si procurator.s̃.de condi.indebi.Et de his quæ in fraudem creditο.l.si pater.ideo talis contumacia non præiudicat domino sed non appellare,potest non esse delictum:quia forte expedit domino non appellare:& ideo forte non appellando facit secundum mandatum,& sic domino præiudicat.Sed si cõstaret quod fraudulenter colludendo omiserit appellationẽ,dominus potest appellare:arg.s̃.de dolo.l.cum a te.& l.& elegãter.§.pe.Idem forte,si euidenter appareat ex eisdem actis,qđ procurator debuit appellare,& non appellauit,& sic euidenter deliquit:tunc audietur dominus appellans.Et hoc est, qđ hic dicit tex.difficile est,vt hic audiatur:quasi dicat,quandoq3 auditur,si collusio,vel gratia interuenerit euidens. Facit C. de pœna iud.qui male iudicauit l.fin.& quod dixi in d.l.j.§.si procurator supra si quis ius dicen.non obtempe. Idem si procurator non est soluẽdo,vel ex legitima causa fuit absens vt hic dicit gl.& C.de appellationibus.auth.hodie.

1 *Procurator ad agendum an posſit appellare,& prosequi.* LEX II.

SI procuratorio noĩe. Videtur velle ista lex ꝙ procurator datus ad agendum posſit appellare,& pseq.

1 †Contra l.inuitus.C.de procuratoribus.cum sua glo.Solut. Dicunt quidam quod procurator non tenetur prosequi:põt tamen si vult.vt hic.Gl.melius dicit C.de appel.l.actor.& dicit quod procurator potest prosequi,non vt procurator, sed vt quilibet.Ad hanc l.rñdet intelligendo hic, quod non fuit prosecutus vt procurator,sed vt coniuncta persona.Vel alr̃, & melius,ibi loquitur de procuratore speciali,cuius mandatũ per sententiam finitur:ideo non potest prosequi hic in generali procuratore,cuius mandatum durat.de hoc videbitis j.an per alium causa appellationis.l.fi.

1 *Qualiter fideiussor debeat appellare,& sibi contrarius non auditur.*

1 Sed si alius. Nota practicam:si fideiussor vult appellare,†dicit quod suo nomine, & p suo interesse,non nomine illius.Itẽ nota ꝙ tota die allegatur hic §.quod quis sibi contrarius repellitur.Ratio:quia hic est contrarietas circa idem.Facit quod dixi s̃.de exce.l.nemo.Et modum pronunciandi circa hoc dixi s̃.de appel.l.a sententia.

Si pro eo. Opp.de l.non tantum.s̃.de appel. Duplex est sol.Vna est,ꝙ hic in necessaria persona: ibi in alia,quæ non est ita coniuncta.Credo ꝙ secunda opin. gl.quã non tenet gl.sit vera:quia in l.non tantum.fecit nomine illius,non dicit suo nomine,licet ad suam vtilitatẽ.& ideo putarem,quod intra biduum appellaret,si ad suam vtilitatẽ: sed si vt quilibet,intra triduum.Et qui appellat pro suo interesse,non appellat nomine alterius:vt s̃.proxi.§.sed si alius.

1 *A relatione Principis appellatur,quando in relatione fuit deceptus.nu.3.*

2 *Si dicitur in sentẽtia,uisa litis contestatione,& alia,an ex hoc probetur litis cõtestatio.*

4 *Iudex an posſit recusari præstita satisdatione.* LEX III.

ILlud uideamus. Op.s̃.eo.l.j.in prin.Solue vt gl.quod non appellatur ab ipsis literis,sed ab ipsa sñia.Opp.s̃.de appel. l.j.§.primo.So.eo.modo:vel aliter,hic non soluitur,dic vt dictis legibus.Sed op.quod a literis non appellatur:vt l.j.§.j.in fi.s̃.de appel.So.hic loquitur de reclamatione,non de appel-

1 latione:vt l.j.in fi.C.de rela.Vel aliter,†a relatione appellaẽ: quia rescriptum Principis parat plenũ præiudicium,quando remisſio fit de voluntate partium,vel præsidis,vt l.ad Imperatorem.s̃.de appel.Et de hoc dixi plene in d l.j.§.quæsitum.

2 Et hoc inducebant†ad quæstionem:[a] In sentẽtia ponitur,co-

a ram nobis lite contestata,&c.& omnia ponit in sententia:an illa sententia probet litis contestationem? Et dico ꝙ si sñia lata fuit partibus volentibus,& præsentibus,& non contradicentibus sententia probat litis contestationẽ,& alia acta præcesſisse:argumento huius legis,& l.ij.C.de rela.Et ita si fuit præsens tempore sententiæ,& non reclamauit:tunc probat acta præcesſisse illam sententiam:& dic, vt per Inno.extra de offi.deleg.c.cũ in iure.& per Cy.in auth.si quis in aliquo . C. de eden.& l.emancipatione.C.de fi.inst.

3 hoc intellige,†quod non potest a relatione appellari,nisi in ipsa relatiõe fuerit de-

4 ceptus.vt s̃.de appel.l.j.§.j.†Vltimo,dicit

b gl.[b] arg.quod post satisdationẽ nõ potest obijci literis.In cõtrarium est casus C. de lit.contest.authen.offeratur.vbi post prestitam satisdationem,recusat iudicem.Facit quod dixi in l.quidam consulebant.s̃. de re iudi.Et istam quæstionẽ tangit Cy. in l.fi.circa fi.C.de sponsa.

a ¶ Adde quæstionem. Vide bar.in l.acta.de re iud.& l.sciendum.de verbo. obl.& in authen.si quis in aliquo.& in l.j.C.de rela.& Bal.in l.emancipati. C.de fi.instru.& Inno.in c.innotuit.de eo qui furt.ordi.susce.in ca.bonæ.de elect.in gl.in ver.præsumitur.per Sali.in l.j.C.de vsufru.in l.j.C.de cõtrah. & commit.stipu.& vide omnino Inn.in l.ex hac scriptura.in principio.s̃.de dona.Io.an.in c.qm̃ cõtra.de proba.per Io.cal.i addi.suis ibi & vide Rom̃.in d.l. sciendum.& oĩno p Pet.de Anch.in cle. j.de probat.& vide quæ dixi post Bart. in d.l.ex hac scriptura.in iij.col. Vtrum aũt literis iudicis, in quibus narrat aliqd de facto credatur,dixi post Moder.in c. significasti.de homi. Et dicit Bal.in l.fin. C.de ordĩn.iud.ꝙ q petit executionem sententiæ, debet pducere acta causę vltra sñiam , nisi esset lecta partibus præsentibus, & non cõtradicẽtibus,vel nisi post biennium,secundum bal.in l.j.in ver.extra quæro.ne lic.ter.prouoc . quia tunc pro sñia trãsacta in rem iudicatã, præsumitur etiã pro rectitudine processus.Probat ipse per tex.optimum in ca. cum inter vos.ad fi. de re iudica. Et ad Barto.hic adde bar. in l.prolatam. C.de sentẽ.& Bal.in d.l.j. C.ne lic.ter. prouo. & bald.in l.qm̃ contra.de procurato.& Imo.in l.iiij.§.cõdẽnatum.de re iudi.

b ¶ Dicit gl. Ad hanc glos.adde Sali.in l.si conuenerit . s̃. de iuris.om.iud.

c ¶ Non solent. De ratione huius legis vide Bal.in l.alienam. C.de procur.& circa glo.Bal.hic, vide bal.in rub.C.de appel.& quod hic dicitur p Bar.tenet idẽ Archi.ij.q.j.non solent.super glo.i verbo,possunt.vbi allegat istum text.& d. l.bonorũ.& Cõpostel.in ca.statuimus. de elec.i gl.fi.in vẽr. sunt et alij.vbi dicit Archi.ꝙ amicus p̃t appellare:sed Bart. in d.l.alienam.C.de procura.tenet ꝙ iuuetur Velleiano,& sic est contractus.& quod solet dici, qđ non audiunẽ appellantes, nisi quorum interest.fallit nisi cõtra aliquos esset processum contra iuris dispositionẽ. Ita dicit Bald.in l.fi.C.de fideicom.liber.et regulariter an ille, cuius non interest,posſit appellare , vide Moder.in l.pe.s̃.ti.j. in fi.per Bald.in authẽ.hodie. C.de ap.

POMATES.

d ¶ Opinio est vera. vide Alex.consilio cxxxv.in ij.colum. in ver.& hoc magis.

De appellationibus recipiendis. Rubri.

LEX I.

c NOn solent. [c] Vide glo.quę incipit,i.intra biduum. Et

d prima opi . est vera,[d] ꝙ debet habere ratum intra illud tempus,intra ꝙ potest appellatio interponi:vt d.l.bonorum.rem ra.habe.qđ tenent Dy.& Specu.tit.de appel.§.j.versic. porro.Itẽ no.in glo.Op.instit.de satisdat. §.fi.Sol. vere fideiubet:sed non videtur intercedere , vt iuuet Velleiano.Sic s̃.de pcura.l.fœminas.Simile in minore,in casu,in quo potest alium defendere.vt C . đ procu.l.exigendi.quod nota ad multa.

1 *Delegans ꝙ posſit reuocare sententiam interlocutoriã sine appellatione.licet sit diffinitiua in illa incidenti.*

2 *Appellari ab interlocutoria non potest,nisi quando per appellationem à diffinitiua non potest esse consultum,uel per restitutionem in integrum appellanti,uel nulla diffinitiua speratur.*

3 *Ratio quare à sententia lata in momentanea posſesſione nõ appellatur,est,quia parit modicum præiudicium.*

Quando sententia lata in momentanea posſesſione pareret magnum præiudicium,quod nisi per appellationem posſet reparari:tunc ab ea potest appellari.

4 *Appellari quod non posſit in posſessorio adipiscendæ,nec in posſessorio recuperandæ posſesſionis.*

5 *Sententia lata in momentanea posſesſione, quando actor succubuit:quia aliud remedium non habet nisi posſessorium uel reus,& nullum habet remedium,nisi retentionis, potest tunc appellari.*

6 *In causis summarijs appellatur,quãdo adest maxima læsio.*

7 *Appellatio ab interlocutoria non tollit effectum sententiæ, nisi sequuta uictoria.*

8 *Executor à cuius executione appellatur , licet executio per appellationem suspendatur:tamen poterit rem,super qua facta est executio:si est mobilis,sequestrari facere,& si est immobilis eius fructus.*

9 *Appellatio interposita in causa momentaneæ posſesſionis non tollit sententiam:sed iudex eam exequitur,salua quæstione proprietatis,recepta promisſione quod res erit salua.*

Intellige prædicta procedere.quando causa proprietatis faciliter agitari potest,alias res remanebit apud reum , done appellatio fuerit terminata.

10 *De iure Canonico à sententia lata in causa momentaneæ posſesſionis appellatur.*

11 *Appellatio ab interlocutoria,est ius,quo propter grauamen illatum à minore iudice,quod per appellationem ab actu sequẽte non potest retractari,seu restaurari:iudex superior prouocatur,& in euentum uictoriæ tota causa deuoluitur: & reprobat diffinitionem Hostien.*

12 *Appellare à citatione quando quis posſit.*

13 *A sententia lata super competentia,uel incompetentia iudicis,potest appellari.*

14 *Quando persona grauatur ad aliquod factum coherẽs per-*

& Oldr.cxxx-prope finem.& Alexã.ci.co.j.vol.ij.vbi loquitur in fratre q appellauerat pro alio fratre et Soc.xlv.co.iij.& ſeq.

a ¶Ante ſententiam. De materia huius legis vide Bal.in l.ij.C.de epiſco.audien.qui multis contrariatur dictis Bar.hic.

b ¶Vnus articulus. Sed dum iſta gl.hic vult,quod ſi cõmittitur vnus articulus tantum delegato,qui ſuper eo pronunciauit,quod a tali pronũciatione appellatur tãquam ad diffinitiua . hoc reprobat Bald.in l.ante ſententiam.in iiij.col.C.quorum app.

SPOMATES.

c ¶Et hoc tenet. Vid Lud.Ro.in cõſi.cccxx. an poſſit appellari a ſententia lata i poſſeſſorio.

d ¶Doctrinam. Sed adde quod Barto.in l.ante.C.quo.appel. tenet q ab interlocutoria decidente totum negotium poſſit ap.

e ¶Quæro.Iſtud voluit Bal.in d.l.j. ego tetigi in c.primo.de cauſa poſſe.Sa.tamẽ in d.l.j.tenet contrarium.And.Barba.

e ¶Quæro. Vide Bal in l.ij.ad finem.C.de epiſco.aud. vide gl. expreſ.et no.ij. quæſtione vj.ſi quis auſus.& no.per An.in conſi.ix. incipiente, caſus eſt,pronunciatum fuit.vbi tenet q licet non poſſit appellari a ſentẽtia diffinitiua lata in poſſeſſorio : tamen poteſt appellari a qualibet interlocutoria lata i dicto poſſeſſorio, an re dictã diffinitiuã.

a Ratio eſt: quia grauamen illatum p dictam interlocutoriã, nõ eſt reparabile ab ea.quod eſt notã.Et hoc voluit Inn. ſecũdum eum in ea.ſigni ficauerint.in ver.appellaſſet.de teſt. Et iſtis adde Iaco.Butr. in l.ante ſententiam. C.de quo.appell.Et quid ſi egi petitorio, & poſſeſſorio ſimul, & ſuccubui,et appellaui:an pendente appellatione poterit fieri executio : vide Gui.de Suza.in d.l. j. ſi de momẽ.poſſeſſ. q tenet q nõ.et Bal. ibi in ij.co.et ad Barto.hic, vide q̃ ſcripſi poſt Moder.Inſtitu. de actio. §. quadrupli.et dicit no.Bal. i l.conſentaneũ.in prici.iiij.co.in ver.quæro,nũquid a tali miſſione in poſſeſſionẽ.

b C.quomodo & quãdo iud.quod etiã in poſſeſſorio appellaſſ, ſi appellandi ratio ſit in promptu.quod reputat not.& dicit etiam Bald.in l.poſt ſententiam.in ij.col. C.de ſenten.quod ſi huic appellationi fuit delatum,poteſt obtinere appellãs.& ibi cum videas. Et pro limitatione eorũ q̃ hic dicuntur: vide oſino Bal.in d .l.j.C.ſi de mo.poſſ. ¶Adde,qđ ab interlocutoria lata ſup poſſeſſorio,poſſit appellari,non a mero poſſeſſorio.Bald,conſi.lxxxiij.lib.j.

ſone,poteſt appellari.

15 *A ſententia lata ſuper legitimatione perſonarum,an poſſit appellari?ubi q̃ circa procuratorem ſic:in tutore diſtinguit, in principali perſona non.*

16 *A ſententia lata ad vlteriora eſſe,uel nõ eſſe procedendum, quando poſſit appellari.*

17 *A ſententia lata ſuper exceptione dilatoria,quod poſſit appellari,& quando non.*

18 *A miſſione in poſſeſſionem ex primo decreto,non appellatur,niſi acquireretur miſſo in poſſeſſionem ius acquirendi fructus? quia tunc appellatur:& quando hoc ſit,ibi.*

19 *Reus uemens poſt interpoſitum primum decretum,& allegans aliquam cauſam, propter quam non tenetur expenſas reſarcire:& iudex pronunciat ipſum non audiendum, niſi refectis expenſis , poteſt ab hac pronunciatione appellare.*

20 *Pars,quæ non admiſit miſſum in poſſeſſionem ex primo decreto,ſi condemnatur ad intereſſe,poteſt appellare,*

21 *Appellari à ſecundo decreto q̃ poſſit,niſi ſit prolatũ contra latitantem.*

22 *A nimis breui dilatione data non poteſt appellari.*

23 *Si iudex denegat ſecundam dilationem,poteſt appellari, ſi facultas probationis deperiret:quia teſtes eſſent ſenes,ualetudinarij,et cætera.uel immineret caſus inſtantis periculi in perſona teſtium:aliàs non.*

Conſilium,q̃ quando appellatur à denegatione ſecundæ dilationis,cauſa grauaminis exprimatur,& q̃ etiam deducatur,quando petitur ſecunda dilatio.

24 *Quando datur nimis magna dilatio:uel ſecunda cum non debeat dari,quando poſſit appellari.*

25 *Si iudex admittit probationes,quas non debet,an poſſit appellari,et quando.*

26 *Ab interlocutoria regulariter appellatur,quando per appellationem à diffinitiua non poteſt reparari perfectè ,quin aliquale præiudicium faciat.*

LEX II.

ANte ſententiam.

Ab interlocutoria quæ infert grauamen,quod non poteſt reparari per appellationẽ a diffinitiua,appellari põt. h. d.ſecũdũ lectu.Ioan.verã.Aliorum lect. non placet:quia quando poteſt eſſe conſultum per appellationẽ a diffinitiua ab i terlocutoria non appellatur:vt l.j.in fin.ſ. de appel.Opp.C.quo.appella.non reci.l. ante ſententiam.& l.ij.C.de epiſco.audi. Glo. ſoluit,q̃ vbi interlocutoria mereẽ executionem:tũc ab ea appellatur:vt hic, in cõtrario non:qa non meretur executionem.Sed iſta ſol.non placet:quia interlocutoria in momentanea poſſeſſione meretur executionem:& tamen non appellatur,vt l.j.C.ſi de mo,poſ. fuerit appel. Soluunt aliꝫ,quod hic eſt ſpeciale. Et rõ eſt:quia tale grauamen nõ poteſt reparari per appellationem a diffinitiua. Oppon. de l.ſi ab arbitro.ſ.qui ſatiſda.cog.Gl.ſoluit quod ſi ibi intelligatur,quod fuit cõmiſſus ſolum vnus articulus [b] ſcilicet de approbatione fideiuſſorum:tunc fuit diffinitiua illiusarticuli illa approbatio. Si vero fuit commiſſa tota cauſa : tunc eſt ibi ſpeciale:ſed non†credo verum,quia dixi in l.ſi.ſ.a qui ap.non licet.q̃ delegans põt reuocare ſine appellatione ſententiam interlocutoriam,licet ſit diffinitiua in illa in

cidenti. Dic ergo q̃ ibi eſt ſpeciale:vt hic,quia per appellationem a diffinitiua nõ poteſt tale grauamen reparari. Si enim de dit mihi fideiuſſores nõ idoneos quomodo poſſum appellare a diffinitiua,quæ eſt lata ſecũdũ me. Tertio opp.de l.intra vtile.ſupra de mino.gl.hic ſoluit pluribus modis. & ſecũdũ vnã lect.ibi obeſt.& ſol.gl.quod ibi talis erat interlocutoria,q̃ decidit quaſi totã cauſam:ſecus in interlocutoria,quæ decideret vnum articulũ,vel capitulum.quod qualiter procedat, ſtatim dicam. Opponi.ſupra de præua.l.præuaricationis. vbi dicitur,quod debet pronunciari ſuper illo emergenti. Gloſſa ſoluit,dicit quod licet pronũcietur,nõ tamen appellatur. Sed nonne illa interlocutoria decidit,quaſi totã illam cauſam plus quam in l.intra vtile.& tamen vides,quod non poteſt appellari.& credo quod in l.intra vtile.non ſit ſola ratio iſta,q̃ decidit totam cauſam:quia idem eſſet in qualibet interlocutoria ſuper præiudiciali.Sed credo quod ratio ſit:quia ſi eſt maior, & pronuncietur q̃ ſit minor:tunc non poteſt illud reparari p appellationem a diffinitiua:quia quolibet actu poteſt minor peterereſtitutio nemin integrum.l.minor xxv.annis omiſſam. ſupra de minori.Idẽ forte iudicatur p aſpectum,qui non erit tempore ſententiæ ferendæ:& ideo probatio ætatis dicitur cauſa,quæ requirit celeritatem.Quod apparet:quia põt agitari die feriata:vt l.ij.ſupra de feri. Opp.C.de appel.l.ſi quis p uocatione.Solutio ibi erat quædam executio cũ iniuria,et ab illa appellatur:vt l.ab executore,ſupra de appel.Alia lect.eſt quod ibi appellatur ab iniuria facta,non quod poſtquã recepiſt alapam appellet:ſed renunciat,& renuit ſuam iuriſdictionẽ,et ſupponit ſe iuriſdictioni maioris:vt C.ſi qua prędi. po.

c l.j.et hoc tenet [c] Guil.de Cu.in l.ſi ab arbitro.ſupra q̃ ſatiſd. cogan.Oppo.de l.ab executore.in princip.ſ.de ap.Soibi eſt interlocutoria,quæ fertur poſt ſententiam:et ſic non ſperatur alia diffinitiua:vnde per appellationem a diffinitiua,nõ põt eſſe conſultum:& iõ hic dicit,ante ſententiam.Op.de l.ait prætor.§.permittitur.ſupra de minori.Sol.ibi non ſperabatur aliqua diffinitiua,iõ appellatur.Facit p hoc l.Titia.ſupra de ac.

2 Ex his ergo†habes breuiter doctrinam,[d] quam dat iuriſconſultus in l.j.§.quæſitũ.ſ.de appel.ab interlocutoria non põt

d appellari,niſi quando per appellationem a diffinitiua nõ põt eſſe conſultum contra grauamen illatum,per in integrũ reſtitutionem,vel non poteſt reparari:quia nulla diffinitiua ſperatur ferri,vel poſt diffinitiuam fertur interlocutoria. Itẽ cõtingit in hoc caſu legis noſtræ,& in caſu l.arbitrio.et in caſu l.in

e tra vtile.ſupra de minori. Quæro [e], quæ eſt†ratio q̃ a ſententia in momentanea poſſeſſione non poſſit appellari. Nõ eſt verũ,quod in ea ſit ratio,quia eſt interlocutoria:ſed dic,quod quia parit modicum præiudicium . Hoc tenet gloſſ. hic, & dixi in l,quod iuſſit.ſupra de re iud.quia damnũ tale põt reparari per iudiciũ petitoriũ:vt no.C.ſi de mo.poſ.fuc.appel.l.j. & ideo puto,quod ſi per ſententiã latã ſup momẽtanea poſſeſſione pararetur præiudiciũ tale,ad quod non eſſet alio mõ cõſultum,quod tunc poſſet appellari.per hanc legẽ,et rõnes, quas allegat in interlocutoria.Exẽplũ,in l.qui excep.§.ſi pars ſupra de condi.indebi. Non enim poſſet ad illam retentionẽ aliquo iudicio eſſe cõſultum,ſi perderet in illo poſſeſſorio:& iõ tex.C.in rubro et in nigro,dicit:ſi de mo.poſ.&c.hoc eſt,de poſſeſſione quæ momento duratura eſt:hoc eſt quãdo de poſ

4 ſeſſione quæritur ſoũl cã ordinandi litem,circa iudiciũ petitorium,vt d.l.j.C.ſi de mo.poſ.Et hoc†eſt iudicium retinendæ poſſeſſionis,ſecũdũ omnes:vt ibi notatur:ſed in iudicio adipiſcendæ poſſeſſionis,gl.tenet idem:vt no.in d.l.j.quod intelligo,q̃n ille q cõuenitur,deiectus eſt,et appellat,qui occupauerat bona defuncti,vel bona defuncti vacabant,vt l.quiſquis. C.quo ap.non re.Et idem in iudicio recuperandæ. Nulla eñ fit ei iniuria,ſi res reponitur in priſtinum ſtatum.Sicut enim an

5 te poterat petere,ita modo poterit.Sed†ſi actor ſuccubuerit, quia forte non habet aliud auxilium niſi poſſeſſorium,vel ſi ſuccubuerit reus,qui non occupauit,qui non habet,niſi remedium retentionis,tunc puto q̃ poſſit appellare.Hoc enim nõ reperio prohibitum,et remanet regula generalis:vt l.et ĩ maioribus.C.de ap.Pro hoc videtur caſus ſupra de ap.l.creditor §.iuſſus.vbi in actionibus ad exhibendum,quæ minoris põ

dicij ſunt,quam reſtitutio poſſeſſionis:tñ poteſt appellari ſpecialiter,quando deuenitur ad æſtimationẽ,& ſic non poteſt reparari per iudicium petitorium. Præterea video q̃ ſi omittit ordo petitorij,& poſſeſſorij,põt appellari:vt C.de appella.l.j. quare ergo non poteſt appellari,ſi contra iuſtitiam mihi ius poſſeſſionis aufertur, quod plus eſt? Præterea , † in cauſis ſummarijs poteſt appellari,vt C.quo.ap.non reci.l.j.licet poſſit per aliud iudicium reparari:vt ſ.de his qui ſunt ſui vel alieni iu. l.pe.non tamẽ ſine difficultate,& ſine magna læſione. Pro hoc facit quod j.dicam, q̃ quando ab interlocutoria illatũ grauamen non poteſt reparari,ſine graui læſione,põt appellari. Poſſumus etiam dicere, q̃ prædictis non obſtat C.ſi de nomen.

a poſ.fue.appel.l.j. [a] Nã ibi non dicitur q̃ non poſſit appellari:ſed quod non obſtãte appellatione ſnĩa ſortitur effectũ. Nã appellatio a diffinitiua tollit effectum ſententiæ:vt l.j.in fi.ſ.ad Turpil.Sed appel-

7 latio†ab interlocutoria non tollit effectũ interlocutoriæ,niſi ſecuta victoria:vt j.dicam.Item ſi†appellatur ab executione:licet debeat ſuſpendi executio,non tamen in totum:quia executor a quo appellatur, poteſt reum,cuius poſſeſſionẽ receperat, ſequeſtrari facere,ſi eſt mobilis,vel fructꝰ rei immobilis,faciet ſequeſtrari. C.quorũ appel.non reci.l.ab executione.Et q̃ ibi loquatur de iudice exequẽte,patet ex eo quod ibi dicit,de fructibus qui erant tempore appellationis.Hoc præmiſſo†ſentẽtia lata in cã momentaneæ poſſeſſionis,li

b cet ſit diffinitiua,[b] vt dictũ eſt,tñ ĩ hoc habet naturã interlocutoriæ:qa per appellationem talis ſententia non tollitur: & iudex poterit eam exequi ſalua ꝓprietatis quæſtione:hoc eſt q̃ iudex ab eo,cui reſtituit,promiſſiões,& fideiuſſores recipiet ita q̃ res non poſſit perdi,quin ſit ſalua in cauſa proprietatis.Intelligo q̃n illa cauſa poteſt agitari,& faciliter:q̃ apparet ex eo quod dicit ibi:momẽto,& c.alias durabit apud eum,quo ad per iudicẽ appellationis aliud fuerit iudicatum:vt dicit text.in d.l.ab executiõe.Et aduerte , qa loquitur ibi quando executor excedebat capiẽdo poſſeſſionem:& ſic in illa executiõe erat magis quæſtio poſſeſſorij quam petitorij:& iſta quidẽ æqua ſunt,& iuri conſona. De iure†canonico [c] nõ eſt dubium,qđ

10 in cauſa momentaneæ poſſeſſiõis poteſt c appellari.Item habet vim appellatiõis ab interlocutoria,in hoc q̃ qñ appellatur,debet inferi cauſa.Ita videtur ſentire Io.an. in c.paſtoralis.extra, de offi.dele.Redeo

11 †ad materiam legis,& primo quæro , qd eſt appellatio ab interlocutoria. Hoſtien. in c.vt debitus.Extra,de appel.in commẽto,quod ponit in ſumma,diffinit ſic, Appellatio ab interlocutoria eſt ab audientia minoris iudicis ad ſuperiorẽ,propter grauamen illatum,vel comminatum, prouocatio facta.Iſta enim non eſt bona diffinitio,nã diffinit actum appellãdi,non ipam appellationem,vt dixi ſ.de appel.l.j.reprehendendo diffinitionem appellationis. Præterea,ſi inferior grauat me denegando mihi ius,vado ad ſuperiorem,vt eum

Et an poſſit appellaria mero & a miſto poſſeſſorio,vide eũdem Bald.conſi.cccIxxx.iij.lib.

a ¶L.j.contrariũ tenet Bal.in d.l.j.in j. col.& vide Bal.in l. cum clericis.ad finẽ. C.de epiſ.& cle.

b ¶Sit diffinitiua.ſententia lata in cauſa poſſeſſionis eſt diffinitiua:vide per moder.in ru.de re iudi. Barto.& Bald.in l. poſt ſententiam. C. de ſenten.

c ¶De iure canonico. De iure Canonico põt appellari a ſententia poſſeſſionis: vide per Moder.in l.ſi.§.iuſſus.de app. & q̃ dixi in l.j.C.ſi de mo.poſ.poſt bar to.Et an appellatio a poſſeſſorio requirat expreſſionẽ cãæ Adde Bald.in l.j.in ij.col.C.ſi đ momẽ. poſ.

7 ¶De iſta materia appellatio ab interlocutoria,quid ſit de eius effectu : vide Bar.in l.ait prætor. §.permittiẽ.de min. & in l.intra vtile.e. ti.& in l.Aemilius. in fi.eo.tit.& Bald. in l.cum clericis . de epi.& cle.Et qñ vr renunciare appellationi,vide in l.ad ſolutionem.C.de re iudi.Spe.in ti.de app. §.in quibus.

b d ¶Appellare a citatione. Adde Bal.in l.ij. C.de epi.audiẽ. Adde no.Inno.in c. præſenti.de reſcrip. & per aliquos in l. arbitro.ſ.qui ſatiſd. cogã.Et adde quod Bar.in extraoag.ad reprimendũ,in ver. per edicta.dicit,q̃ ſi iudex ciuilis hodie citet per edicta:extra caſus poſitos in Cle.j.de iudi.q̃ dicitur partem grauare & põt appellari:ſed Imo.tenet cõtrariũ in l.iij.§.prætor.ſ.đ dam.infec.& ibi dixi poſt Bar.facit q̃ no.bar.in l.j.alias ij. C.de requi.reis. Et quis poſſit citare p edicta,vide p Bald. in l.ij.C.quo & qñ iud.Et de hac citatione,vide in authẽ. ſi vero de crimine.đ falſis.& in auth. qui ſemel. qũo & quando iudex. Et quid de abſolutoria ab obſeruatione iudicij an ab ea poſſit appellari,vide Bartol. in l.Titia.ſ.de accu. Et an a citatione omiſſa poſſit appellari:vide Bal. qđ ſic, in l.ab executore.circa ij.col.C.quorum appel.

¶Adde,an liceat appellare a nuncio citante: Bald.conſilio cccxxiij.

cogat quod reddat mihi ius:vt in auth.vt

c diffe.iudi.§.ſi vero.colla.ix.& tamen non eſt appellatio.C.vt lit.penden.l.j.& i auẽ. de man.prin.§.ſit tibi & neque permitte-

f re.præterea,illud quod dicit de grauamine cõminato,licet tangatur per gloſ.C.de appel.l.ſi quis prouocatione.debet intelligi qñ cõminatur tale quid , quod ꝓ appellationem a diffinitiua,vel ab ipſo actu non poſſet reparari:vt in caſu huius legis ſecus ſi cõminareſ ſe daturum interlocutoriam contra eum. Tunc enim poſſet ab ipſa interlocutoria appellari, ſi eius eſſet naturæ:non ab ipſa cõminatione,argu. d.l.j.§.quæſitum.ſ.de appel. Dic ergo, q̃ appellatio ab interlocutoria,eſt ius quo propter grauamen illatum a minore iudice,quod per appellationem ab actu ſequẽti non poteſt reſtaurari, ſeu retractari,iudex ſupior ꝓuocatur,& in eũctum victoriæ tota cã deuoluitur. Quod ſit ius,declaratur ſ.de appel.l.j. Quod autẽ dixi,ĩ eũctum victoriæ cã deuoluitur:ꝓ hoc differt a diffinitiua,quæ ſtatim deuoluitur , vt ſ. dixi,& j.dicã probatur de ap.c.non ſolũ. lib.vj. Secundo principaliter quæritur:a quibus interlocutoriꝭ poſſit appellari:et hoc per omnes partes iudicij ꝓſequamur.

12 primo†an liceat appellare a citatione.[d]

d canoniſtæ dicũt q̃ ſic,ſiue quis graueẽ in citatione:quia aſſignet terminus breuis: vt extra,de dila.c.j.ſiue citetur ad locũ ſuſpectum:vt extra de ap.c.ex parte.in tñ quod ſecundum Inn.nõ eſt neceſſe quod pars perueniat ad iudicẽ,& locũ tutũ aſſignari petat:licet Hoſt.contra.Sed Io.an.

e tenet opi.Inn.[e] in d.c.ex parte.Et eadem ratione videtur idem,vbicunq̃ quis ꝓ citationem grauatur:ſiue ꝓpter defectum iuriſdictionis eius qui citat:ſiue ꝓpter priuilegium perſonæ citatę,ſiue ratione rei , ſup qua litigatur,ſecundum eos:arg.extra,de dila.c.j.& quod no.in c.ij.per Inn.Sed de iure ciuili puto quod ſiquidem ad locum ſuſpectum citeẽ quis citatione reali,vt perſonaliter ducaẽ:quod tunc poſſit appellari:quia tale grauamen nõ põt reparari per appellationem a diffinitiua,arg.huius legis.Si vero citeẽ citatione verbali,tunc ſi quidem citatione exprimitur aliquid, ꝓpter quod appareat manifeſte,q̃ nõ teneãt

f ire:[f] & certum eſt q̃ citatio nulla eſt:vt l. ſi cum dies.§.pe.ſ.de arbi.& no.in l.ij.ſ.ſi quis in ius voc.non ier.plene p Inn.in d. c.ij.de dila.Si vero in citatione nõ exprimatur aliquid tale:tunc ſi quidẽ eſt notũ iudici,[g] q̃ citatus ire non teneẽ,citatio eſt ipſo iure illa:vt no.in l.quæſitum.ſ.de re iudi.Probatur extra,de re iudi.& ca.paſtoralis.in cle.Si vero iudici non eſt notũ tunc citatio valet:vt d:l.ij.ſi quis in ius voca.non ier.& de iud.l.ſi quis ex aliena. & neutro dictorum caſuum appellare põt de iure ciuili:tũ ꝓpter regulã,quæ eſt, q̃ ante ſententiã:non põt appellari:vt C.quo. appel.non reci.l.ante ſniam.& de epiſ.audiẽ.l.ij.& de iudi.l.apertiſsimi.tum qa tale grauamen poteſt reparari per appellationem a diffinitiua,vel ab alio actu,q̃ ſequitur poſt citationẽ,ſi talis eſt,a quo poſſit appellari:ergo a citatione non appellatur:vt l.j.ỹ.quæſitum.ſ.de app.Quod di-

¶Opi.Innocẽ.Vide Imo.in l.recuſare. §. ſi quis in alio.ad trebel.

f ¶Non tenetur ire. Ad hoc bene facit tex.in c.ſi duobus.đ appel.quod no.Hoſtien.& doc.in c.cũ ordinẽ.đ reſcrip. Et ad materiã vide oño Imo.poſt do.Anto.q̃ vbi exemptio iuriſdictionis eſt notoria,q̃ non tenetur quis cõparere, ꝓ ea quæ habentur in d. Clemen.paſtoralis. de re iudic.ſed Imol. ibi tenet contrariũ: quia notorium non releuat ab onere ꝓponendi:vt dixi ĩ l. ciues.C.de appel.et reſpondet ad d.cle. paſtoralis.quod ibi releuatur ex eo,quia non poterat ſine periculo proponi, qa citabaẽ quis ad locũ notorie non tutum. Secus q̃n ad locum tutum. ca.accedens. el ij.vt lit.non cõte. & vide gl.in d.c.ſup literis.in verbo, niſi forſan. Et ad prædicta vide Bal.& Ange.in l.vt perfectius in pe.co.C.đ anna. excep.

iudex.& vide Bar.in l.j.in prin.ff.si quis ius di.non obtemp. Vtrũ autẽ contumax possit damnari in expẽsis, sine noua citatione per quã citetur, vt cõpareat se ad defendendum, ne cõdemnetur in expẽsis et Cy.tenuit ꝙ sic in l. sancimus.C.de iudi.in xij.q.sed do. Ant.in c.j.de iudi. tenet cõtra. Nã dicit se nõ videre differẽtiã inter mulctã & cõdemnationẽ expẽsarum.sed cõstat mulctam nõ debere imponi contumaci sine noua citatione: vt no.Bar.in l.ij.ff.si quis in ius voc. non ie.sed Imol. in d.c.j. tenet cõtra do. Ant. dicens, ꝙ ratio differentiæ põt assignari per id quod no. Bar. hic: Nã quædam est pœna, q̃ respicit ꝓcessum, vel eius accessoria: vt sunt expẽsæ litis: & tũc possit sine noua citatione. Nã in accessorijs litis iudex multũ potest. l.ædiles. §.item sciẽdum.de ędil.edi. & sic tũc possit sine noua citatiõe dicta pœna imponi, & ita intelligit̃ dictũ Cy. & Io.an.in c.finẽ litibus.de dolo & cõtu. Quædã est pœna extrinseca, q̃ non respicit ꝓcessum, nec accessoria: vt est mulcta & tũc nõ possit imponi sine noua citatione.& sic loquit̃ dictũ Bart.in d.l.ij. & hic & probat̃ in d. l.cõtumacia. ver. pœnam.scd̃m Paul. de cast.ibi.ff.de re iudic.& eo.ti.l.quidã. in fin. per Imol. nec obstat quod dicitur in ca.j.de sent.excõ. ꝙ põt ferri sine noua citatione ratione cõtumaciæ: quia speciale est in ea, qa est potius medicinalis quã mortalis.de senten.excom.c.j.in vj. & si velles tenere, ꝙ mulcta posset imponi, sine noua citatione secus excõmunicatio, licet vtraque sit pœna extrinseca: potest responderi ad istum §.quod loquitur in illo q habuit licentiam se absentandi pro certo tempore: & sic habuit bonum initium, licet in termino non compareat. nec debet iudicari contumax nisi citetur vt veniat ad se defendendum, quare non venit in termino. Facit quod not. Io. and.in ca.quoniam. §.porro.super gl.vt lit non contesta. Ita trãsit Imola in d.c.j. de iudi.sed adde, quod ad quæstionem tetigit Bar.in l.non ignorabat. C.de fruct.& lit.expẽ. Et vnũ aliud vide, quod ibi dixi.& ad Bar.hic adde quod no.Bar.in extrauag.ad reprimen.in versi.execu.& no.Bar.post Dy.in l.impuberibus.§.fi.de admini.tut.& Bar.in l.si finita.§.Iulianus. in vij. colum. in versic.quæro vtrum postq̃ est cõtumax per emptorem &c.de dam.infe. & dicit Iac.But.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offic.procõ. quod in impositione mulctæ, nõ sit iterum citandus: quia si habet iustam causam, poterit postea allegare ad executionem mulctæ.facit l.illicitas.§.fi.de offic. præsi.Et ita dicit quidam antiquus doctor se audiuisse a Baldo in voce &c.

a ❡Noua citatio. Hoc intellige, nisi forte fuerit cõminatus, ꝙ nisi compareat mulctabit eũ: quia tunc poterit procedere ad mulctam imponẽdam sine noua citatione, propter cõtumaciam quæ præcessit.prout etiã in simili videt̃ tenuisse Bar.in d.§.Iulianus.in vij.col.& in d.ver.sed quæro vtrũ postquã est contumax perẽ.& ibi hoc etiã dicit Imo.Et sic secundum eum facit, ꝙ si statuto cauet̃, ꝙ si qs bis fuit citatus ad respondendũ positionibus, cũ cõminatione, ꝙ alias habebuntur pro cõfessatis: ꝙ si nõ cõpareat in termino secũdæ citationis, possit iudex sine alia citatiõe pronunciare ipsos haberi pro cõfessatis: licet de iure esset ꝙ iterato citetur. Et sic practicatur Bononiæ.

b ❡Non omnes. Qui transfugit. Vide omnino ꝙ dixi post Bar.in. l. relegati. ff.de pœ.adde Bar.in l.iij.§.fi.ff.de condi.ob turp.cau.& vide Bar.in l.j. §. cũ quis.ff.de quæstio.

c ❡Sibi repræsentet. Pro hoc facit quod no.Bart.in.l.pręses. C.de transa.& Bar. in l.j. in prin.ff. de vi & vi ar.& vide tex. & Bal. in l. sicut.C. de qõ.ꝙ bãnitus pręsentans bannitũ nõ liberetur.

POMATES.

d ❡Omne delictũ. Ad istum tex. vide pulchre Barba. cõsi. xj. col.iiij.vol.j. circa finẽ d.l. De hoc vide plene cõcor. per do. Alex.in l. si mora.super glo.ij.col.xj.ff.solu.ma.& Fel.in c.ex literis.col.pe.in fi.& seq.de consti.& in c. super eo.in fi.de test. & in c. cum Bertoldus.col. viij. & seq. de re iudi.& Barba. in cap.ex literis. col. xxij.& vj.seq.& aliquid in xxj.ad fi.

e ❡Quod cõtumacia. An contumacia sit delictũ: & glo.no.tenuit ꝙ sic, in l. si filius.ff. de interroga. actio.sed Bart.in l.si mora.sol. ma. dixit, ꝙ contumacia, siue mora, nõ est proprie delictum in cõmittẽdo: & sic nõ est verũ maleficiũ, sed interpretatiue: ideo cũ statuta debeant stricte intelligi, statutũ loquẽs de maleficio non habebit locũ in contumacia. Sic patet, ꝙ si bannitus ꝓ maleficio ĩpune posset occidi, bannitus pro contumacia nõ facit quod no.gloss. iiij.q.j.in sum. & ita cum Bal.trãsit Imo. in d.l.si mora, & vide Bal.in l.fin.C. de cri.stel. & quod no. Bar. & Bal. in l.j.in fi.si quis ius di. non obtem. & quod ibi dictũ inuenies. Est tamen differentia inter maleficiũ & delictum: vt no. Barto. qui no.loquitur in l. aut facta.in princi.ff. de pœn. An autẽ mora sit culpa delictũ, vel dolus vide quod dixi post Bart.in lege quod te.ff. si cert. peta. & dum ff. dixi, ꝙ contumacia est delictum, adde glos.in c. ex literis.de consti. & glossã quã ibi ad hoc not. Barto.in l.si plures.inter tuto.supra, de administra.tut. Vtrũ autem culpa sit crimen, & pro eo possit accusatio sequi vide quod not. Bald.in l.penul. C.si aduer. lib.maxime si interesset culpa in iudicio vel in contumacia. Et istis adde Bal.in dicta l.fin.C.de cri. stel. Et an contumacia sit delictum, vide Imo.in l.pen.§.ad crimen.in xviij. colum.ff.de public. iudi.& Bald.in l.& in multis.C.de appella. An autem dolus sit crimẽ: Bar. per illum text.ꝙ sic, in l.j.ff. de fideius.tu. & ideo punitur crimen stellionatus.i.pœna extraordinaria.sic dolus verus nõ præsumptus vt dicebat Cy. in l.j.C.de cri.stellio adde l.iij.ff. de cri.stellio. per Bar.in l.j. §. nunc tractemus. ff.de tutel.& ra.dist.ad fi. & ibi an ap. maleficij veniat quilibet dolus.

f ❡Esse bannitus. Vide Bald.in l.j.C.de modo mulct. & in l.fina.C. de cri. stel.& an ex bannitus propter contumaciã dicat̃ bannitus propter delictũ, vide Bal.in l.si mora.sol.mat.& ibi vult quod dicatur esse delictũ in omittendo, non in committendo, &c.

ctis non cõparet, an possit pronunciari cõtra eum, tanq̃ cõtra cõtumacem absq̃ alia citatione tex. videtur velle ꝙ noua citatio requirat̃, vt possit docere de impedimẽto, vt hic.& hoc videt̃ velle text. in l.& post.ff. de iud.videlicet ꝙ post peremptoriũ de nouo citet̃.sed gl.exponit ibi, debet, id est potest.& ita de facto seruatur. Non obstat iste tex.quia debemus sic dicere. Quædam est pœna cõtumaciæ quæ respicit primũ processum, super quo contumacia est admissa: vt cõtra cõtumacẽ feratur sentẽtia: vel puniatur ad primum decretũ, vel secũdum: & tunc non requiritur noua citatio: vt in contrario. Quædam est pœna quę ipsum processum nõ respicit sed extrinsecus venit: vt si propter contumaciam vellet quis aliquẽ in certa quãtitate damnare, vel ab officio remouere, & tunc requiritur noua citatio,[a] vt habeat terminũ, intra quẽ doceat de sua excusatiõe: vt hic, facit ff.vbi pub.edu.deb. l.tempore.facit ad hoc quod not.per Inno. extra de offic.deleg.c.cõsuluit.
2 †Secũdò nota, ꝙ in delictis negatiuis videtur fundata intentio iudicis punientis, nisi per reum probetur esse factum. Casus est hic notabilis. De hoc dixi ff.de verb.oblig.l.hoc iure. & ibi plenissime scripsi.

1 ☞ *Probatio bonæ vitæ minuit indicia contra reum.*

Sed si ex improuiso. Nota textum ibi: inspecto vitæ eius præcedẽtis, &c. quia probatio bonæ vitæ † habet minuere indicia, quæ faciunt contra malefactorem: vt hic, & in l.proxima.§.fina. & l.non omnes.§.à barbaris.

In bello. Nota tex.ibi: etiam si res bene gesserit. Vide glos.super verbo, gesserit quam glo.nõ puto fuisse Accursij. & in fi. dũ dicit l.qm̃ iudices.dic solu.vt no.j.de reg.iur.l.nõ videt̃. Itẽ ibi.l.si alius.§.pe.sed ibi qui prohibebat, non habebat ius prohibẽdi. Nota etiã ex hoc §.ꝙ qui intrat per murũ, vel per vallũ, capite punit̃: vt habes etiã ff.de re.diuisio l.fi.

Qui cum vno. Adulterii. Vide glos. quæ incipit ff.quæ incipit de his qui not infa.quæ dicit, ꝙ isto tẽpore pro adulterio non erat pœna imposita capitis. Idem habes in l.si quis viduam.& ibi dixi ff.de q̃stioni.& in l.ij.§.miles.ff.de his qui no.infa. & l.Claudius.ff.de his qui.vt indig.

Qui post desertionem. Per hanc legem dicũt quidã, ꝙ si per statutũ imponitur pro homicidio pœna pecuniaria, videtur recessum à pœna legis. Contrarium dixi tibi supra vi bon.rapto.l.j.dic vt ibi.

1 ☞ *Potestas non potest rebannire bãnitum præsentãtem sibi aliũ bannitum. Priores bene possent.*
2 *Multa pollicenti, non est fides adhibenda.*

Non omnes. Qui transfugit. [b]Aduerte,
1 te, per istum † tex.ego puto ꝙ priores, qui habent arbitrium super regimen ciuitatis, possunt facere statuta, ꝙ qui cœperint exbannitos similes sibi rebanniantur. Nõ tamen auderem dicere per istũ text. ꝙ Potestas vel capitaneus posset aliquem exbannitum rebannire, si alium exbannitum sibi repręsentet[c]: per hunc textũ, qui dicit, posse ei parci. Nam puto quod hoc non pertineat ad rectores ciuitatis, sed ad superiorẽ:
2 vt l.j.in fin.ff.de quæstio. † Vltimo not. ꝙ multa pollicenti nõ est fides adhibenda.

1 ☞ *Damnatus ex contumacia, an dicatur damnatus pro maleficio.*
2 *Maleficium, dicitur omne male factum.*

Omne delictũ [d]No. ex hoc principio, & ex ver. contumacia. quod contumacia[e] est delictum. & sic videt̃ casus quæstionis: an ille qui est exbannitus ꝓ
1 contumaciã, † videatur esse bannitus[f] propter maleficiũ. quam q.ponit Cy.C. de cri. stel.super ru. Tu dicas sic: omnis exbannitus exbannitur propter cõtumaciã: vt ff. de requi.re.l.j. Statuta ergo, quæ dicunt, ꝙ exbannitus pro maleficio puniatur: volũt dicere, ꝙ causa illa, propter quã quis citabat̃, in qua quis contumax fuerit, sit maleficiũ: & ideo si quis fuerit citatus in causa pecuniaria, vel pro testimonio: & fuerit contumax, & condemnat̃, non dicitur exbannitus pro maleficio. Sed si quis fuerit citatus pro maleficio aliquo, seu ad aliquã pœnã, & fuerit contumax: & in isto processu fuerit condemnatus, dicetur condemnatus ex maleficio: vt hic, largo modo sumendo maleficium, pro eo quod est in non faciendo: sed stricto modo loquẽdo maleficium di-
2 citur omne male factum: † vt ff. de pœ.l.aut facta.facit quod no.C.si aduer.deli.l.j.

Qui

a ❡Qui cõmeatus. Adde tex.& ibi Bar.in l.quibus diebus.in prin.de cõd. & demõ.& vide Bar.in auth.Item si appellatione.C.de temp.ap.& Bart. in l. præses.C.de appel.& habes in in l.penul.§.docere.ne quis eum.

b ❡Innuit glo. Itẽ innuit glo.ad hoc no.adde Bar.in l.iij.§.dari.ff.de bo.pos.& adde, ꝙ secus est in castrẽsibus: vt no.glo.& doct.in l.si filius.ff. dã.infect.

c ❡In l.optimã. Hoc limitat Bal.in l.si donatione.C. de colla. Alexan.

d ❡Dico in qõ. Vide Bar.in d.l.si donatione.& in l.per diuersas.C.mã. & ĩ auth. si qs in aliquo.C. de eden.& in auth.hoc ius porrectũ. C. de sacrosan.eccle. Bald. in l.cũ aliqus. C. de iure delib.Io.Andr. in addi.Spec.in rub. de re.eccl.nõ alie.Et hæc faciunt ad qõnẽ de qua ꝑ Bar.in d.l. si donatione. vbi per Fulg.& Dy.in cõsi. incip.iure municipali, &c.vide Alex.in d.l.si donatione.& adde Pau. de Cas.in cõsi.ciij. incipien.in Christi nomine &c.

POMATES.

e ❡Præcedentib. meritis. Nota Bar.velle, ꝙ licet expressio meritorũ non ꝓbat inter patrem & filiũ quod tunc ꝓbat inter alias personas nõ ꝓhibitas, & hoc est adeo verũ, ꝙ licet appareat postea: tamen non poterit reuocari. Ita dicit Bal.in c. sciscitatus. col. j.extra de rescri hoc tamẽ quod dicit Bar.hic videtur dubiũ, ꝑ ea quæ dicit Alex.in l. si donatione.C.de colla.col.iij. in ij.limitatione. dũ vult quod Imo.in l. Aquilius.ff.de dona. valeat donatio: eo ꝙ constabat ibi de meritis: ergo econtra vult quod nõ valeat.& tamẽ illa lex non loquitur inter personas ꝓhibitas. imo cogita ex doctrina tamen Barto. hic insurgit mirum, vt inquit Pe.in.d.l. si donatione. & sequitur do.Bap.ꝙ cũ hodie in instrumentis donat. dicatur ꝓ bene meritis, ꝙ quælibet donatio censebitur remuneratoria, nisi dicamus, vt inquit ipse, ꝙ talis clausula solet apponi ex stylo notariorum, prout in simili Bar.in.l.j. in. iij. col. C. de iure codi. vel aliter, ꝙ illa verba pro meritis, &c. intelligantur de meritis obsequialibus: nõ autem de dignis remuneratione, quilibet dicitur meritus quando non offendit.l.cum pater.§.rogo.l.Lucius.magna. §. Lucius.cum gl.ff. de leg.ij. & expresse Bal.in d.c.sciscitatus.in prima col.& facit gl.in l.j.ff.de dona.& imo est cõsi. secũdũ, vt dicatur in instrumẽto, ꝙ beneficij sit cõpensatiuus, & remuneratione dignus: tũc enim cũ illa verba faciunt fidem inter easdem personas, vt hic inquit Bar.talis donatio habebit effectus donationis remuneratorię: vt ff.non egeat insinuatione.d.l.aquilius.cum gl.circa qđ tamẽ dubito. Nam cũ donatio vltra quingentos aureos requirat insinuationem, nec tali insinuationi possunt partes renũciari: vt per Bar.in d.l. Modestinus.ff.de dona, certe non debet stari assertioni partium donationem esse remuneratoriam: cũ videatur fieri in fraudem l.requirentis insinuationem. & pro hoc videtur facere tex.in l. Aquilius iũctis dictis d. Alex. post Bal.& Sali.in l. si donatione. in iij. col. ad fi.C.de coll. Nam intelligitur d. l. Aquilius in personis non prohibitis. Item quãdo expresse cõstat de meritis. & tamen tex.ibi dubitat, an opus fuerit insinuatione, & decidit ꝙ propter bene merita non fuerit opus ꝙ et valeat donatio: ergo a contrario sensu volunt doc. ꝙ nisi expresse constitisset de meritis, et si fuissent ꝑsonæ alias nõ ꝓhibitæ, qđ tamen nõ valuisset donatio, & opus fuerit insinuatione, licet ibi fuisset dictũ, qđ donabat ob merita. & ibi ita d. Alex.tenet in d.iij.col.in fine, dũ respondet, & impugnat solu. Sali. ad l. Aquilius. Circa istam causam vide Bal.in c.edoceri.col. iij.de rescrip. & aliquid per Barb. in c. iij.co.iiij.de reb.eccl. non alie. Item alius effectus, ꝙ talis donatio non possit sub prætextu ingratitudinis reuocari: est tex.in lege pater.§. finali.cum glo.supra de donationibus, videtur hoc modo posse, cum ingratitudini non possit renunciare: quia dat occasionem delinquendi. lege, si vnus.§.illud. ff.de pactis.lege, conuenire. supra, de pactis do. Ergo non debet stari assertioni, &c. ꝙ talis donatio non reuocetur prætextu liberorum superuenientium: vt voluit Roma. consilio. xxvj. Item, ꝙ non reuocetur prætextu metus.lege metum.magna.§.sed licet.ff. quod metus causa. Item ꝙ possit exigere donationẽ insolidum: vt ꝑ Roma.in dicto consilio xxvj.licet alias sit secus. lege, qui id qđ. in principio.ff.de donationibus. Item statutum loquẽs de donatione, nõ comprehendit remuneratoriam, quæ nõ est ꝓprie donatio. ꝑ Abbatem in rubrica, extra de donatio.& apostillauit bñ Alex. in lege prima ĩ principio.ff.de donatio. Possent certe clarius procedere circa hæc dicta Bart. ꝙ non stetur assertioni &c.vide Are.in l.hæredes palam.col.v.& sequen.ff.de testa.& Ancha.cõsi.xxvj.ad fi.vide etiã ad dicta ꝑ Bar.hic Soc.cõsi.ccxcv.

Qui cõmeatus. [a]Nota text.ibi: dũ tñ nõ tardus, &c. Ex quo habes, ꝙ qñ tu allegas impedimentũ, debes probare tm̃ fecisse ꝙ perfecisses nisi impedimentum superuenisset.

De castrensi peculio. *Rubrica.*

1 *An filiusfamilias habeat hæredem.*

LEX I.

Filiifamilias. Filiusfamilias nõ habet hæredẽ ab intestato: secus si fuerit testatus.h.d.cũ l.seq. Oppo.ad primam l.de l.qui duos.ff.de vulg.& pup. Sol.vt in gloss. Secundo opp.& videtur ꝙ pater possideat bona, quæ aliunde obuenerunt filio, eo iure quo bona filij: vt no.ff.de peti.hære.l.iij.j.resp.Solu. vt ibi. Ad l.seq.opp.ꝙ filiusfa.habeat hæredẽ: vt C.de epis.& cle.l.sacrosanctæ. & l. j. §. nepos.ff.si quis à pa.fue.ma.Sol.fateor ꝙ
1 †iure antiquo, filius nõ habebat hæredẽ nisi in duobus casibus specialibus, qui ponuntur in ll.contrarijs: ad hoc aduerte. Innuit glo.ꝙ de iure antiquo Digestorũ filiusfa.non habebat hæredẽ: nisi in vno casu: vt d.l.j.§. nepos. Ego dixi vobis aliter: ꝙ in dote filiusfa habebat hæredẽ de iure Digestorũ: vt ff.de pact.do. l. auus. & ibi not.& l.post dotẽ.ff.solu.mat.& ibi tãgit̃:
b & ibi plenissime dixi. Item innuit gl.[b] ꝙ de iure Codicis filiusfami.nõ habebat hęredẽ, nisi in casu l.sacrosan.C.de episc. & cle.quod nõ est verum, imo indistincte habet hæredẽ de iure Codicis in omnib⁹ aduentitijs: vt l.quod scitis.C.de bo.quæ liber.de iure vero Authenticorũ non est dubiũ, secundũ gl.& omnes, ꝙ filiusfam. in omnibus habet hæredem: vt in aut̃.de hæred.ab intest.§.si igitur. defunctus. ista inuestigatio est vtilis, propter ea quæ dixi in l.post dotem.ff.solu.mat.

1 ☞ *Relictum filiofa.aduocato pro emendis libris, dicitur quasi castrense, & quid in scholari.*

LEX III.

1 Si mulier. No.† si aliqs reliquit filiofami.aduocato aliquid ad emẽdos libros vel forte aliqua domina dat sibi equũ, cã eundi per officia: istud annumerabitur in quasi castrẽsi peculio. Quid si daret scholari, qui adhuc nõ militat, sed militare addiscit? dic vt dixi in l.j.§.nec castrense.ff.de collatio.bono.

Miles.

1 ☞ *Consensus patris, quòd non requiratur filiofa.agenti in causa castrensi.*

Actionem. Per istum.§.reprehẽdit̃ glo.quæ est C.de bo.quæ libe.l.cũ non solũ.§.necessitate.
1 quæ dicit quod † filio agenti in castrensi peculio requiritur patris consensus.quod est conra hunc textum.

1 ☞ *Res apptæ ad militiam donatæ filiofa. censentur peculium castrense.*
2 *Prædium si relinquitur, ut inde emantur equi, dicitur castrense peculium.*
3 *Donatum filiofamilias quando dicatur peculium castrẽse.*
4 *Verba enunciatiua in contractibus inter easdem personas probant, si enunciatur super eo, super quo partes libere disponere possunt.*
5 *Donatio si fit alicui pro bene meritis, & bonis seruitijs habitis, quãdo ex tali assertione inducatur probatio meritorũ.*
6 *Si in instrumento venditionis rerum ecclesiæ dicitur, præcedentibus legitimis tractatibus per hoc non probatur quòd intercesserint.*

Si forte. Ista est notabilis lex. Opp.ff.eo.ti.l.si militi.ĩ fi& j.e.l.castrẽse. So.ĩtellige
1 †ꝙ hic donabãtur res nõ aptæ ad militiã: vt prædia, & cætera immobilia. Secus si darent̃ res ad militiã aptæ: vt in legib. cõtrarijs, & ꝓbat̃ hæc distinctio C.e.l. j.lib.
2 xij. †Sed quæro quid si relinquat̃ p̃diũ vt vendat̃, & inde sibi emat equos, & arma, & similia: an enumerabitur in castrẽsi peculio? Rñdeo, sic: vt ff.eo.l.iij. Nõ obstat hæc lex: quia hic fuit dictũ, ꝙ illæ res essent in castrẽsi peculio, q̃ tñ ad hoc aptę
3 nõ erãt. Igitur † vt ista materia liqueat, distingue sic: Qñq̃ donat̃ vel relinquit̃ filiofamilias ab eo qui sibi per militiã erat notus: & tũc indistincte peculio castrẽsi aggregat̃: vt ff.eo.l.v. Qñq̃ donat̃ ab alio & hic distingue. Quædã sunt res nullo mõ aptæ ad castrense peculiũ: vt immobilia: & nõ sunt castrensis peculij, etiã si fuerit exp̃ssum, vt hic, nisi fuerit dictũ ꝙ vẽdant̃: vt ff.dixi. Quędã sunt res oĩno aptę ad castrẽse peculiũ.vt eq, & arma, & sunt castrensis peculij: vt ff.eo.l.iiij.in prin.& l. j.C.eo.&.j.eo.l.castrẽse. Quædã sunt res quæ possunt esse aptæ ad castrense peculiũ, & ad alia: vt serui: & tũc in istis distinguit̃. Aut fuerunt donatæ, vel relictæ ad hoc noĩatim: & erũt castrẽsis peculij. Aut fuerũt simpliciter donatæ, vel relictæ, & tũc sec⁹: vt ff.eo.l.si militi. Itẽ op.in aut̃. vt li.ma.& auiæ.in prin.So. ibi sufficit sola expressio voluntatis, ideo nihil extrinsecus requiritur.hic vero nõ sufficit sola voluntas ad cõstituẽdũ castrense peculiũ: iõ
4 requiritur ꝙ probẽtur alia. † Vltimo hęc lex facit in arg.ad infinita. Nos dicimus
c in l.optimã[c].C.de contrahen.& cõmit.stipu.ꝙ verba enũciatiua in cõtractibus ꝓbant inter easdẽ partes. Ego dico, ꝙ illud est verũ, qñ illa verba enunciatiua emanãt sup eo sup quo partes pñt libere renũciare, & sibi p̃iudicare: alias nõ p̃sumit̃, nisi
5 ꝓbet̃, vt hic. † Et ꝑ hoc dico in qõne[d], si
d aliqs donauit aliqd alicui pro meritis, & bõis seruitijs habetis, & receptis ab eo.si quidẽ ista donatio fit ab eo, qui possit do-
e nare libere, nullis pręcedẽtibus meritis[e]: tunc ista verba enunciatiua inducunt ꝓbationẽ inter easdẽ partes. Sed si de ne-

cessitate requireretur merita præcessisse, & alias donare non posse: tunc illa verba non probarent merita præcessisse, vt hac
6 l.nota.C.de colla.in l.si donatione.† Et p
a hoc dixi,[a] si in instrumento venditiōis factæ a capitulo alicuius ecclesiæ, contineretur præcedentibus legitimis tractatibꝰ, &c. Ista verba inter easdem personas non probāt. vt hic. Hoc etiam dixi vobis s̈.de verb.ob.l.sciendum. & ibi plenius scripsi.

PRoponebatur. Oppo. & videtur, quod postquam persona patris deficit, non posit fingi sibi retro quęsitum: vt l.quoties.s̈.de noua. & ar.l.eum qui ita.§.fi.s̈.de verbo.obli. Sol. Hic nō fingitur patri quæsitum: sed fingitur in bonis eius semper fuisse. ideo sufficit semper extare bona patris, licet ꝑsona defecerit.

EXnota. Hanc legem declara vt in l.si seruus communis Meuij.in prin.s̈.de sti.ser.

c Castrense. Hanc legem intellige vt dixi s̈.eod. l.si forte.

DOtem Op. ꝙ hæreditas vxoris nō sit in castrēsi peculio: vt s̈.eo.l.si militi. Solu. intellige, quod hic instituit virum contēplatione militiæ. & hoc constat, vt ibi dictum est, & l.si forte.s̈.eod. Quæro, quid vult dicere tex. hic, ꝙ liberis communibꝰ, qui sunt in aui familia, confertur. Glo. ponit tres lec. Prima, ꝙ per filiā, cui data est dos, confertur fratribus, & fratrū filijs: vt s̈.de colla.do.l.j. & §.j. & §.filiam. Ista lect. non habet dubium. Præterea, non bene adaptaretur ad tex. qui non loquit̃ de collatione facienda fratribus mulieris, sed de collatione facienda fratribus viri. & ideo dicūt alij, ꝙ hæc vxor decesserat viuo patre viri. vnde cum dos debeat restitui, tam ab ipso filio pro quo habita fuit dos, quā etiā ab alijs fratribus, debet alijs fratribus dos cōferri. & loquitur ista lec. qn̄ ex dote nihil est lucrandū ex pacto, vel ex lege. cōmodū ergo ꝙ est apud alios fratres, q̄bus cōfert̃, erit, vt lucret̃ interusuriū medij tēporis: vel si hæredes vxoris non poterāt remanere apud eos. qđ no. qa ista est not.
b lec. Tertia lec. ē qn̄[b] ex dote debebat aliqd lucrari ex pacto, vel ex lege: puta ex forma statutorū Italię, vir lucrat̃ tertiā vel quartā: an istud lucrū debeat eē præcipuū illius filij, cuius fuit vxor: an debeat cōferri fratribꝰ? Certe gl. distinguit, Aut vxor decessit viuo patre viri: & confert̃ frībus oībus, vt hic, Aut decessit post mortē patris viri: & tūc erit pręcipuū illiꝰ filij, q est viri, nec tenet̃ alijs cōicare, vt l.ij.C.fa.er. Ita dicit gl. & hoc idē tenet Dy.s̈.so.ma.l.si cū dotē.§.trāsgrediamur, & p Cy. ī d.l.ij.C.fa.ercis. Istud dictū Dy. & Cy. non vr̃ verū. Nā qcqd lucrat̃ ex dote ēt viuo pr̄e, est aduētitium: vt C.de bo.q̄ lib.l.j. & aduētitia nō cōferunt̃: vt l.si.de col. ergo lucra ista nō cōferunt̃. Et hoc puto verū, si statuta dicerēt, muliere p̄cedēte, vir lucret̃ tertiā: & sic circa personā viri disponerēt. sed si statuta dicerēt lucret̃ tertiā ille, q dotē recepit: & sic cōprehēderēt p̄sonā aui, seu soceri recipientis: tūc putarem distinctionem Dy. & Cy. verā. Quarta lec. est, ꝙ hic nō loq̄t̃ de tali collatione: sed dicamus confertur, i. ad vsum datur. & ista est magis propria. sed præcedentes sustineri possunt, vt s̈.dixi.

1 *Filiusfamilias hodie quòd habeat hæredem, siue decedat ex testamento, siue ab intestato.*
2 *Pater ex contractu filij filio uiuo, non tenetur de castrensi peculio: sed olim de aduentitio, & profectitio tenebatur: hodie de aduentitio tenetur, ut legitimus administrator.*
3 *Pater filio mortuo, qualiter teneatur de peculio.*
4 *Pater succedens filio in peculio, quando poßit petere restitutionem in integrum.*

PAter qui castrense. Ista est multum nota. lex tam in princ. quam in §.primo. Opp. in authē.de hære.ab intesta.
1 veni.§.j. Sol. fateor, † quod hodie indistincte filiusfamilias habet hæredem. & sic pater tenetur vt hæres, siue filius decede
2 ret intestatus, siue testatus: vt dixi s̈.eo.l.j. & ij. † Pro declara
c tione legis, in glossa ponuntur aliqua. Primo quæritur,[c] cum dicatur quod pater ex contractu filij teneatur de peculio, vt s̈.in tit.de pecu. de quo peculio debet intelligi? Hæc glo. mirabiliter respōdet: De iure antiquo pater tenetur de peculio, scilicet profectitio, quod ipse concesit filio, & passus est eum habere. Item, de peculio aduentitio: quia de iure antiquo nō distinguebatur peculium aduentitium à profectitio: cum quicquid quærebat filius, quærebat patri. De castrensi vero peculio non tenetur pater filio viuo: sed ipse filius conuenitur: vt s̈.
d eo.l.iiij.§.j. Item hodie[d] in aduentitio peculio, pater nō tenet̃ in actione de peculio: sed potest conueniri vt legitimus administrator filij: vt l.j.C.de bo.ma. quod nota: quia per hoc habes intellectum totius titu.de pecu. & hæc vera viuo filio.
3 † Secundo quæro, qualiter filio mortuo pater teneatur de peculio. Et hic respondēdum est, de iure antiquo, de peculio aduentitio, & profectitio tenebatur intra annum. per titulum, quando actio de pecu. est anna. de peculio vero castrēsi si quidem pater occupat iure peculij, incipit assumere vires peculij p̄fectitij post mortē: & ideo tenetur de peculio intra annum: secus si occuparet vt hæres, vt hac l.ij. respōso. Hodie vero cū indistincte occupet vt hęres in aduentitijs, & castrensibus vel quasi, nō tenet̃ de peculio, sed ciuili & perpetua. Contra ista oppo. si pater succedat filio, quomodo pōt de peculio teneri: nam pater, qui tenetur de peculio, habetur vt fideiussor: vt l.cum filius.in prin.s̈.de verborū obligatio. & si fideiussor succedat principali, extinguitur obligatio fideiussoria: vt l.hæres
4 à debitore.§.quod si hic.s̈.de fideiusso.solu. vt in gl. † Vltimo q̄rit gl. an pater qui succedit filio in pecu. posit petere restitutionem in integrum sicut ipse filius. gl. multum se inuoluit. veritas est vt dicamus: aut pater succedit filio vt hæres, & potest impetrare restitutionem ex persona filij, vt l.iij.§.pōponius.s̈.de mino. aut occupauit pater iure peculij: & nō potest petere restitutionem, vt l.iij.§.sed vtrum.eo.titu.

1 *Interesse quod est tempore iure actionis, non est inspiciendum.*

e Pater à filio. No. ꝙ istud interesse,[e] quod est in tempore iure actionis non est inspiciēdum.
1 † de hoc habes gl. no. in l.qui bis, s̈.de ver.obl. & ibi alleg. hunc tex, qui est valde no. & hunc.§. didici à Pet. de bel. in ti. in quadam disputatione.

1 *Statutum quod filiusfami. non poßit obligari sine patris consensu, habet locum in contractu facto extra locum statuti.*

f EX castrensi.[f] In prin. dicit statutum, hic, qđ filiusfamilias non posit obligari sine consensu patris: vtrum istud habeat locum in
1 contractu facto † à filio extra ciuitatem Perusij: & dico quod sic. sicut quando interdicit̃ alicui administratio in certo actu à iudice: illa interdictio porrigit effectum suum ad omnem locum: vt s̈.de verb, obl.l.is cui bonis. ita arguit hic iuriscōsultus: & ita dixi in repetitione l.cunctos populos: quā feci per hanc legem.

HAereditate.

1 *Hæreditas patris ratione suitatis etiam non adita, transmittitur ad extraneum.*

Filiusfa. Nota casum quod hæreditas patris non adita,
1 transmittitur ad quemcunq; extraneum † successorem: & hoc operatur existentia sui hæredis: de hoc dixi in l.si filius qui patri.s̈.de vulg. & pupil. & l.ex militia. in fine. cum l.seq.s̈.de mili.testa.

vbi plene tangit.
P. PAV. P.
a Hoc dixi. Vide Soci. cōsi. ccxcv. volu. ij. Dec. consil. xx. & xxj. inci. in causa illorum.
b Dotem. Tertia lectura est. Quādo ex forma statuti vir lucratur certam partē dotis, an teneat̃ eam communicare fratribus Bal. aliter loquitur in auth. ex testamento. in vij. col. de colla. & vide not. in l.si cum dotē.§.transgrediamur.s̈.so.matri. & per Moderū. Insti.de act.§.fuerat versi. quæro de quęstione quotidiana. p Bald. in l.ij.C.fami.er. & Bal. in tractatu de duo. fratri. qđ retuli post Bald. in l.si patruus.C.cōiav.tri.iudi. & vide per Pau. de ca. ī d.§.trāsgrediamur. & ibi Scriben. & Salic. in d.l.ij. & mihi placet opinio. Barto. hic. & Barto. & Angel. in l.j.C.de bonis q̄ lib. adde. an lucrum ꝙ capit alter ex fratribus ex vxore mortua sit communicandū, Ro.con.ccccvj.
c Pater q castrense. Primo quærit̃. not. qualiter pater teneatur de peculio & cōtractu filij, tam viuo filio, quam mortuo: adde omnino Bart. in l.si finita.§.si đ vectig. in vlti. col.s̈.de dam.infec. & quod not. Bal. in l.si.C.de vsu.rei iudi. Et addē Bar. in l.si quis in tātam. in iij. col. C. vnde vi. & adde ꝙ vbi pater tenet̃ de peculio profectitio, tenebitur etiā de vsufru. peculij aduentitij, secundum Bald. in l.j.C.de exerci. in vij. col. adde Bart. in l.j. in prin. in pen. col.s̈.de pecu. Bald. post Bart. in l.j. in pe. col. C. qui bo.ce.pos. & ibi dicit post gl. ꝙ filius non potest dare in solutum bona p̄fectitia.
d Item hodie. Hoc sequitur. Bal. in l.frater a fratre. in iij. co. de condi.indebi. allegando hic no.
e Pater a filio. Interesse. Interesse quod est in tempore iure actionis non est inspiciendum. & istū text. inducit Barto. in l.& si post tres. si quis cau.
f Ex castrensi. Si statutū prohibet filiū obligari, sine consensu patris habet locū etiā in contractu facto extra territoriū per ipsum filium. vide Bar. in l.cunctos populos. vbi dixi. vbi alleg. hanc l.C.de sum tri. & fi.ca.

Vna

1 *Vna res non potest esse plurium insolidum.*
2 *Quædam res possunt esse in pendenti.*
3 *Libertas data seruo, confirmatur ex dominio postea superuenienti.*

Pater peculii. Hunc §. vsq; ad fi. tituli diuide in tres partes. Primo, quando pater manumisit in testamento seruum filij, & filius intestatus decesit. Secundo, quando instituit extraneum, qui non adiuit. Tertio, quando pater fuit institutus. secunda ibi: non tamen si vt hæ
1 res, &c. tertia in l.fina. quæ continuatur cum ista. † Nota qđ vna res non potest esse plurium insolidum: vt hic & in l.si vt
2 certo.§.si duobus. supra commo. † Secundo nota quod quædam sunt res quæ sunt in pendenti. quod dic, vt l.qui res.s̈.de
3 sol. & l.vsufructus.s̈.de stipu.seru. † Tertio no. quod libertas data seruo confirmatur ex dominio postea superuenienti.
Ad hoc opp. gl. de l.si seruo.s̈.qui & à qui. glo. non sol. tu dic, quod hic est aliquid quod retro fingitur. secus in l.contraria. & hæc solu. colligitur. j. proxi. & plene dixi in l.cum vir.s̈.de vsucap.

De priuilegijs veteranorum. Rubrica.

1 *Habens priuilegium per unum actum contrarium non uidetur renunciare.*

LEX I.

HOnestæ. Tene menti hanc l. Nota ꝙ ille, qui habet priuilegium, per vnum actum contrarium non videtur renunciare pri
1 uilegio. † Dicam de hoc vobis j.de decu.l.ij. in fine.

1 *Vectigal dicitur munus patrimoniale.*

Vectigal. Nota tex. ꝙ vectigalia dicuntur munera patrimonialia. Dic † vt hic. De hoc. C. de vete. l.j. libro xij.

VEteranos. Iste tex. ibi: sed veterani, &c. est contra l.ij.s̈.eo. Nam videtur, quod per vnum actum quis perdat priuilegium suum. Glos. ibi soluit. aliud est, quando quis patitur se eligi in decurionē: aliud quando ad aliud munus. dicam in l.ij. in fi. j. de decurio.

Ad municipalem, & de incolis. Rubrica.

Glo. non cōtinuat rubr. Tu continua. quatuor sunt cognitiones, s. de re pecuniaria: aut de æstimatione: aut de crimine capitali: aut de muneribus & honoribus: vt l.cognitionum. in prin. j. de vari. & extraor. cog. De tribus primis est dictum s̈. sequitur videre de quarta, scilicet de muneribꝰ & honoribus. Verum quia prædicta indicuntur ciuibus, & incolis: ideo prę mittit titulum, ad municipalem, & de incolis.

1 *Municeps quòd sit nomen generis: ciuis, & incola, est nomen speciei.*
Oriundus de castro Pontremuli non dicitur ciuis, nec incola illius castri: sed municeps, uel originarius.
2 *Natiuitate propria, uel paterna, quis efficitur ciuis.*
3 *Comitatensis natus in ciuitate, an sit ciuis: uel ciuis natus in comitatu an sit comitatensis.*
4 *Differentia inter comitatensem, & ciuem, de iure communi est: quia comitatensis ad maiora onera tenetur, quàm ciuis.*
5 *Natus in castro existenti in Tuscia subdito ciuitati Perusij, licet sit ciuis Perusinus: an erit Tuscus an Perusinus: ubi quòd quantum ad munera ciuitatis erit Perusinus, quantum ad munera prouincialia erit Tuscus.*
6 *Natus in aliqua parochia uel porta ciuitatis, quando ciuitas distiguitur per portas: si dicitur de illa porta ratione originis.*
Quis dicitur esse illius capellæ uel portæ, ubi munera subit: uel ubi habitat, uel ubi conuersatur.
7 *Manumissus sequitur originem manumittentis, non eius qui iußit manumitti.*
8 *Ciuilitas quantum ad temporalia non contrahitur per baptismum: sed an ad spiritualia, ad Canonistas.*
9 *Adoptatus sequitur originem adoptantis, nec per hoc quis perdit suam originem, & durat donec adoptio durat.*
10 *Forensis factus monachus, uel canonicus in ecclesia sancti Laurentij huius ciuitatis, an efficiatur ciuis huius ciuitatis. & nu. 14. ubi quòd sic, & durat ciuis donec ibi stat.*
11 *Ciuis huius ciuitatis effectus monachus, uel religiosus, non desinit esse ciuis.*
12 *Capitulum ecclesiæ ciuitatis, si habuit originem in ciuitate, erit ciuis, & si non habet originem, habet domicilium ratione incolatus.*
13 *Forensis effectus Abbas in ista ciuitate est ciuis huius ciuitatis.*
14 *Forensis effectus Rector ecclesiæ, efficitur ciuis in illa ciuitate.*
Miles positus ad exercendam militiam in aliqua ciuitate, efficitur ibi ciuis.
15 *Municeps quasi munerum participes.*
Propria significatio assumitur ex etymologia uocabuli.
16 *Ciuilitas contrahitur ex receptione.*
17 *Statutum loquens de ciuibus, quòd habeat locum, etiam in ciuibus non subeuntibus munera.*
18 *Ciuis non subiens in loco munera, non dicitur propriè municeps.*
19 *Natus ex matre comitatensi, an sit comitatensis. remißiuè.*
Idem est dicere Perusinus, & ciuis Perusinus, & municeps Perusinus, si assumatur ut nomen appellatiuum: secus si ut proprium.
Idem est dicere de Perusio, & Perusinus.
Aliquem esse de Perusio, uel ciuem Perusinum, non importat necessariò ipsum habitare in Perusio.
20 *Ex priuilegio potest concedi aliquibus ciuitatibus, ut nati sequantur originem matris.*
21 *Infans expositus, cuius origo ignoratur: efficitur ciuis illius ciuitatis, ubi est expositus & nutritus.*
22 *Bastardus legitimatus sequitur originem patris.*
23 *Frustra à principe impetratur, quod à iure cōi conceditur.*
Verba debent intelligi ut aliquid operentur.

LEX I.

* MVnicipem. Primo ponit qualiter efficiantur municipes ipso facto. Secūdo, qualiter fiāt ex dispositione ciuitatis. Tertio, qd importat nomen municipis largo modo, & improprie sumēdo. Quarto, prædicta inducit ad determinationem vnius quæstionis. Quinto, ad prædictā determinationē ponit vnā exceptionem, quā probat per rescripta principū. Sexto, circa prędicta ponit quorundam falsam opi. quā reprobat. Scđa ibi: & p̄prie. Tertia ibi: sed nūc abusiue. Quarta ibi: ex duobꝰ. Quinta ibi, nisi forte. Sexta ibi: quod beneficium. Pone casum sic: Quæro qualiter quis efficiatur municeps alicuius ciuitatis, vel municipij. Respōdet Iurisconsultus, municeps fit qn̄q; ipso facto, seu ipso iure: qn̄q; per cōstitutionem ipso iure facit aliquem municipē natiuitas, manumisio, & adoptio. & hoc in prima parte. Constitutione fit, quando aliqui sunt recepti in ciuitate, vt munera nobiscum facerent: & isti proprie dicūtur municipes, quasi muneris participes: & hoc in secunda parte. Sed quæritur an illi, qui sunt in ciuitate ciues origine, si aliquo priuilegio non subeant munera, an dicantur municipes? Respondit Iurisconsultus quod hodie vtimur isto vocabulo large, & improprie: vt quilibet ciuis ciuitatis dicatur municeps, etiam si munera non subeat aliquo priuilegio. Et hoc in tertia parte. Cæte
1 ra sunt plana. † In prima parte dicitur, municipem. quæro, qualiter intelligatur hoc nomen municeps. Gloss. C. de inco.
a l.ciues. dicit quod municeps est nomen generis,[a] ciuis & incola est nomen speciei. & idem dicit Dyn. In cōtrarium videtur hæc rubrica, quæ dicit ad municipalem, & de incolis, quasi incola sit species per se distincta à municipe. Pro hoc, quia in C. habemus rubricam de municidibus, & originarijs per se: & rubricam de incolis per se: ergo sunt diuersa: vt C.de codicillis.l.si idem. Credo glo. dicere verum, quod incola est species ad municipem: vt probatur in l.filij.§.municeps.j.eod.tit. nec est incongruum, vt quādoq; cadat copula inter genus, & speciem, vel quod vna rub. fiat de genere, alia de specie, vt in multis partibus iuris. Dico tn̄ latius, ꝙ verbū ciuis nō pōt adaptari omnibus municipibus: vt puta aliquis est oriundus de quodam castro libero, hic non poterit dici ciuis illius castri: nec incola: sed appellabitur municeps hoc nomine generali, vel originarius: vt C.de muni. & ori. super rubri. & sic apparet, quod hoc nomen municeps est genus ad ciuem ciuitatis: & ad castellanū alicuius castri cōstitutū origine, vel cōstitutione, vel quo

Pro concordia. Aduerte qđ appellatione ciuiū comprehenditur comitatensis, p Bart. in l.iij.C.de natu.li. & in l.ij.j.de ver.sig. sed cōtrarius allegatur in suo cōsi. clxxij. inci. dubia occurrentia. vbi dicit vidisse multos errasse in hac materia. Idē videtur tenere hic in l.j. & in l.fi.j. hoc tit. in illa q. an mulier comitatensis nupta ciuitatensi, efficiatur ciuis: & consuluit ꝙ nō. Et sentit tam in q̄one, quā in decisione, ꝙ non sit ciuis ciuitatis: & per consequēs nō comprehendatur. sol. Istā difficultatē valde discutiunt Ang. & Io. de Imo. d. Alexan. & d. Chri. de Nicellis in rub.ff.so.ma. concludentes, ꝙ in materia stricta, vbi debet fieri stricta interpretatio, vt in priuilegijs, & statutis cōtra ius commune: & tūc nō comprehēdantur comitatenses: & procedat secunda opinio Bart. & sequacium. Aut vero loquitur in materia, vbi lata fit interpretatio, & comprehendantur. & ita p̄cedat prima opi. Bart. in l.iij. & in d.l.ij. Et ista fuit concordia Bar. in d.l.ij. posset accommodari alia responsio secundum do. Alex. in d.rubri.solu.ma. qui allegat concor. & respondet contrarijs: quia si fiat mētio de ciuitate, nō comprehendatur comitatensis: & procedat secūda opi. Aut non: & procedat prima opi. Et istam solut. sentit Bar. in. d.l.ij.
a Municeps est nomen generis. Adde Bar. in l.ciues. C. de inco. lib. x.

a ¶ L. assumptio. Qui nascitur in castro, dicitur ciuis illius ciuitatis. vide bar. in l. non dubito. supra de capti. & in l. secunda de verbo. signi. & an comitatensis natus in ciuitate sit ciuis & ciuis natus in ciuitate sit comitatensis, vide hic bar. & adde quæ Cy. & Ang. & Bal. no. in l. huiusmodi. §. legatum. de leg. j. per illum tex. dicit, q̃ si vxor alicuius existens peregre, peperit partũ Florentiæ, non debet talis filius cẽseri origine ciuis Florentinus: nec quo ad munera, nec quo ad honores: sed Imola ibi a inclinat in cõtrariũ, per hãc l. & l. ciues. C. de inco. lib. x. & ibi not. & forte melius: & facit etiã ad aliud, secundũ Bald. ibi. & ibi dixi. post Imo. Sed pone aliqs est natus de castro Centi, qđ est de episcopatu Bono. an dicatur Bono. vel forensis, vide no. Iaco. But. & Bal. in auth. qua in prin. C. vbi de cri. & adde Bart. in d. l. ciues. et ad primum dictũ. ſ. vide quod dicit Bar. in l. j. C. de mu. & origi. Adde an filius comitatensis natus in ci- b
uitate sit ciuis? Bar. consi. clxxij.

b ¶ Faciunt statuta. Adde no. in simili p Bar. j. e. l. si. in §. idẽ rescripserũt. in ver. vlterius quæro.

c ¶ Erit ciuis. Et hic adde quod no. Bart. in l. ij. j. de ver. sig. in q. an priuilegia concessa ciuibus, extendantur ad cõmitatẽses.

d ¶ Patria singularis. c
Adde Bart. per illũ tex. in l. & qui. ſ. prij. de mu. & hono.

e ¶ Vberioris culturę. Vide Bar. in l. quod 5
conclaue. §. de dã. infec. in fi. & no. cuius capellæ qs dicatur. & facit optime qđ dixi post Bar. in l. j. §. j. alias ſ. l. Plautius. §. de condi. & demõ.

f ¶ Religiosus desinat. An per monachatio- d
nẽ quis desinat esse ciuis? & adde quod dixi post Bar. in l. in prouinciali. in fi. supra, de ope. no. nun.

g ¶ Quæro. Adde Oldra. in consi. xxx. vtrum sacerdos sit de vniuersitate, & q̃ ciuitas diuiditur ĩ tres partes. vide ibi. Andre. Bar.

h ¶ Quæro etiam. An prælatus efficiatur ciuis? & vide Barr. in l. hæres absens. in 6
fine. §. de iudi. & no. Innoc. in c. ex ore, de priuile. & quod no. Inno. in c. nina. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. & no. in c. dilecti, el ij. de reſcri, & in c. ex parte. de fo. cõpe. & q̃ no. Bar. in l. municeps. §. miles. ĵ. eo.

i ¶ Intelligit gl. Hoc idẽ tenet in l. filio. in princi. C. de muni. & ori. lib. x. & alleg. l. j. C. de cap. ibi tamẽ hoc non audet affirmare. Hanc tñ opin. secutus est Paulus de ca. in d. l. huiusmodi. §. legatũ. de leg. j. in lec. Bono. sed idẽ Pau. de ca. in lec. Pad. contrarium tenet opi. Imo. secutus & ad dictum §. legatũ. respondet q̃ illud ideo ibi, qa alias fraudaretur mẽs defuncti, qa ꝑdesset partũ nasciturũ esse in loco in quo ancilla mater succesſerat, & fieret præiudicium legatario: vt etiã dixit ibi Bal. in suo summario, & ita de facto seruatur secũdum Pau. de Ca. & dicit q̃ ita fuit de facto Paduæ. pro quo etiã faciunt no. per gl. & doc. in l. assumptio. §. j. ĵ. eo. & d. l. filij. Hanc opi. etiam tenet Rap.

alio modo cõprehẽdat etiã vt dictum est.

2 †Sequitur in tex. natiuitas. vides q̃ natiuitate qs efficit ciuis: & dicit gl. q̃ natiuitate paterna vl' ꝓpria: vt j. e. l. assumptio. a
& ibi dicã. Itẽ q̃ nascit in comitatu, in aliqua villa, vel castro subdito ciuitati, efficitur ciuis istius ciuitatis: vt §. e. l. q̃ ex vico.

3 †Sed circa hoc dubitat, vtrũ comitatẽsis natꝰ ĩ ciuitate sit ciuis: vel ciuis natꝰ ĩ comitatu, sit comitatẽsis, vl' forẽsis filiꝰ natꝰ ĩ comitatu sit comitatẽsis. quidã dñt q̃ sic: qa
4 inspicit origo, vt hic, cum si. †Ad declarationẽ istius qõnis oportet tescire, vtrũ de iure cõi aliqua sit differẽtia inter ciuem, et comitatensem. R ñ. sic: qa comitatẽsis tenet ad maiora onera: pot em ei ĩponi colecta, ꝓ ea parte q̃ vocat capitatio, q̃ ciuibꝰ nõ pot ĩponi: vt C. de capi. ciui. cen. exi. l. j. lib. xj. & ibi no. & C. ne rusti. ad vllum obseq. deuo. l. j. eo. li. Hoc et faciũt statuta b ciuitatũ: vt videtis. nũc ad ꝓpositũ debetis scire, q̃ tã ciuis, q̃ comitatẽsis, dicit ciuis: sed persona comitatẽsis est obnoxia quodã nexu, ſ. quodã munere, vt maiora munera subeat: vt vidistis. sed in istis sic obnoxiatis nõ inspicit locus, in quo nascitur, sed personæ ex quibusoriuntur, vt lege cum satis. in principio. C. de agric. & censi. li. xj. & sic natus ex ciue, vbicunque nascat erit ciuis. Itẽ natus ex comitatensi, vbicunq; nascat erit ciuis comitatẽsis: natus vero ex nõ comitatẽsi erit ciuis c nõ comitatensis: qa nõ ex parentibꝰ comitatensibus. Vtrũ aũt in prædictis inspicit conditio patris, vel matris, de iure cõi, dicam alias in hoc tractatu. †Quæro, aligs ẽ natus in quodã castro subdito ciuitati Perusij, quæ est in Tuscia: tamẽ castrũ est in ducatu. nõ est dubiũ q̃ iste nascit ciuis Perusinus: vt j. eo. l. q̃ ex vico. Sed dubitatur, vtrum iste erit Tuscus, vel erit ducẽtanꝰ. Pro huiꝰ declaratiõe debetis scire, q̃ municeps pot qs dici respectu ꝓuincię. Vñ est q̃dã patria cõis: vt tota ꝓuincia, quędã patria singularis: d vt ciuitas propria: vt l. Ro. j. e. tit. & no. p gl. ĩ l. hostes. §. de capti. & l. ꝓuinciales. j. de ver. sig. & C. de natu. liber. l. iij. & l. vxor. §. legauerat. de leg. iij. Dico ergo, q̃ est Perusinus quãtũ ad munera ciuitatis: sed quãtũ ad munera ꝓuincialia, diceret ducẽtanꝰ, in qua ꝓuincia est castrũ, vñ sibi origo est. Et iõ si collectę ĩponerent his oneribus ꝓuincialibꝰ, ñ dñt subire illi, q̃ sunt in ducatu vt d. l. licet de facto nõ seruet, † Quæro, ciuitas ista dis- 6
tinguit ꝓ portas et ꝓ parochias, vtrũ natꝰ ĩ aliqua porta, vel parochia debeat dici de illa porta, vl' parochia rõne originis. videte, ciues ciuitatis sunt vniformes. & ciuili-

tas, q̃ ꝓ originẽ cõtrahit, est vniformis toti ciuitati, vt hic patet & §. dictũ est. distinctio vero portarũ & capellarũ fit gratia maioris notitiæ, & gratia facilioris diuisionis: de honoribus, & muneribus faciendis: vt l. nam salutẽ. j. de offi. præfe. vigilum.

c sicut dicimus de agro, qui diuiditur gratia vberioris culturę c vt l. Caius. §. fi. §. de lega. ij. & ideo natiuitas in aliqua capella, vel porta non facit eum illius portæ vel capellæ: sed ista distinctio fiet, vt in qua capella munera subit, illius capellæ dicatur: ar. extra de parochi. c. fi. vel dicatur illius capellæ, in qua ipse habitat, vbi magis conuersatur: vt l. eius qui. §. j. j. eodem. & ita de facto cõsuluit Iac. But. licet nõ per istas leges. Sequitur,

7 aut manumissio. dicit gl. q̃ † manumissus sequitur originẽ ma numittentis, nõ eius qui iussit manumitti: vt C. eo. l. ij. lib. x. &

8 probatur j. eod. l. libertus. §. ex causa. †Secundo quæro vtrũ batizatus hic efficiatur ciuis huius ciuitatis: quod videt: nam per baptismũ quis liberatur à peccato, & seruitute, qua tenebatur satanæ, & angelis eius. ergo videtur quasi manumissio per cõsequens videt q̃ cõtrahatur ciuilitas. Videte, nõ credo q̃ ꝑtũ ad tẽporalia per baptismũ contrahat ciuilitas: quia certi sunt modi, per quos ciuilitas cõtrahitur: vt hic, & l. ciues. C. de inco. inter quos non est: sed ꝑtũ ad spũalia relinquo Ca-

9 nonistis. †Sequitur in tex. aut adoptio. per adoptionẽ quis sequitur originem adoptantis: nec per hoc perdit primã suam originem: vt j. eo. l. ordine. §. fi. & durat ista qualitas donec du-

10 rat ista adoptio: vt l. sed & si is. j. eo. ti. †Iuxta prædicta quæro vtrũ forensis factus monachus sancti Petri vel canonicus sancti Laurentij huius ciuitatis efficiatur ciuis huius ciuitatis.

11 Antequã † declarẽ istã quæstionẽ, oportet q̃ multa videam⁷. Primo an ciuis huius ciutatis qui efficitur monachus, vel ali- f
ter religiosus desinat f esse ciuis? R ñ. nõ: quia per monachationẽ quis nõ perdit iura ciuilia: vt l. Deo nobis. C. de epis. & cle. Item ille, qui monachatur, ascẽdit ad maiorẽ statum: vt in auc. de mo. in prin. sed per dignitatem superuenientẽ prima ciuilitas nõ tollit: vt l. filij. §. senatores. j. e. & §. de sena. l. pe. Ita ꝓ mo

12 nachationẽ nõ desinit esse ciuis. & licet nõ teneat ad munera realia, vel personalia, nõ minus ꝓpter hoc dicitur ciuis: vt hac l. ver. sed nunc. est enim ciuis priuilegiatus. †Quæro 8 etiam, g
an capitulũ alicuius ecclesiæ Perusinæ dicat ciuis huius ciuitatis: vos scitis q̃ capitulũ est persona repræsentata: vt l. mortuo. §. de fideiuss. Si ergo ista persona representata originẽ habuit hic: qs dubitat q̃ ratione originis erit ciuis. Certe ciuis erit: vt hic. Sed si esset capitulũ, qđ alibi habuisset originẽ: exẽplũ capitulũ Hierosolimitanũ venit ad ciuitatẽ istã, & posuit se ĩ ecclesia sancti Lucæ: certe capitulũ habet hic domicilĩ ratione

13 incolatus nõ autẽ est ciuis: qa nec originis, nec alio modo qs ciuis cõstituitur. Quæro † etiam h, si aliquis forensis efficitur h
Abbas sancti Petri, an erit ciuis huius ciuitatis. Idẽ quæro de rectore cuiuslibet ecclesiæ: & videtur q̃ sic. & videtur casus extra de temp. ord. c. cum nullus. lib. vj. Præterea miles, q̃ est positus in aliquo loco ad exercendam militiam, efficitur ci- i
uis illius loci: vt l. municeps. §. fin. j. eo. & ita intelligit gl. i C. de inco. l. ciues. ergo præpositus regimini alicuius ecclesiæ, & sic illius militię ratione efficitur ciuis. præterea, nõ est dubium q̃ Abbas efficiatur de capitulo: sed capitulũ est ciuis, vt dixi: ergo &c. Præterea, vir. tradit ad se vxorem suam, vt efficiatur ciuis illius ciuitatis, vnde est vir: vt l. fi. §. itẽ rescripserũt. j. eod. ergo eadem rõne ecclesia trahit ad se prælatũ, vel rectorem suũ.

14 qđ puto verũ. †Ad propositã qõnẽ rñdeo, q̃ monachus efficiatur ciuis illius ciuitatis per monachationem, sicut per adoptionẽ. Trãsit enim in potestatẽ capituli, & in potestatẽ Abbatis, qui sunt ciues: vt §. dictũ est. Verũtamẽ ista ciuilitas durat, donec durat adoptio. & sic si de illo capitulo recederet & transiret ad aliud capitulũ, vt faciunt fratres prædicatores minores, & eremitæ, desinerẽt esse ciues huius ciuitatis, & essent

15 ciues illius capituli in quod transierũt. †Sequitur in text. & ꝓprie qdẽ. hic no. q̃ secundũ etymologiã vocabuli, municeps dicit quasi munerũ particeps: & sic vides, q̃ ꝓpria significatio assumitur ex etymologia vocabuli: de quo plene dixi in repe. l. oẽs populi. in tract. statutorũ. de iusti. & iure, & l. j. §. de test. et

16 l. tignum. j. de ver. si. †Secundo no. q̃ aliqui possunt recipi in ciuitate, vt munera nobiscum faciant: & sic receptione contrahitur ciuilitas: vt hic in tex. dũ dicit recepti in ciuitate, &c.

Posset

Posset etiã hic tex. intelligi aliter vt dicantur recepti in ciuitate, ſ. ipso facto, per eos modos qui ponuntur in prin. l. tamen prior lect. magis placet: vt receptiõe ꝓpria ex contractu habito cũ alio, ciuitas sibi faciat ciuẽ. Hoc videmus seruari de consuetudine. Hoc ꝓbatur in l. ædificia. cum sua gl. j. de verb. sig. Hoc modo intellige C. de incol. l. ciues. vbi dicit, q̃ ciues facit origo, manumissio, adoptio, & allectio. Nã ibi recitat ista l. In eo quod ibi dicit de allectione, intelligo conuentione, vel cõstitutione ciuitatis facta cũ aliquo: licet glossa ibi aliter intelligat: licet etiã intellectus glo. ibi positus sit verus in se. Veniamus ad tertiã particulã. Dicitur q̃ etiã illi, qui non subeũt

17 munera, dicunt municipes, sed abusiue & improprie. †Quę-
silium Io. Cald. qui cõformat se cum dicta opi. ℓ nõ sint personæ ecclesiasticæ: & illud consilium ibi refert ad literam, & sequitur: & principaliter fundatur, quia nec continentia nec obediẽtiam promittũt, & vtũtur proprio: quæ sunt cõtra substantiã religionis. c. cum ad monasterium ad finẽ de statu monacho. Facit c. j. de voto. in vj. Rñdet ad cõtraria. dicit tamẽ secũdũ Ioã. Cald. ℓ si habẽt privilegium a papa, esset eis seruãdum. De qua materia habetur etiam per Ang. in cõsi. cxcvj. & adde Pet. de Ancha. in materia in repe. in c. ea quæ. de regu. iur. in vj. Et q̃d in vxore & familia clericorum, &c. vtrũ gaudeãt &c. vide quod not. per Ioan. and. in ca. j. de cleri. coniug. per do. Anto. in ca. nullus. de iudi. vbi a plene de materia. Adde an fraternitates dicãtur ecclesiasticæ personæ, Paulus de Castro, consi. clxxxj. & an ordo tertij ordinis sancti Frãcisci sit ecclesiasticus, Bal. cõsi. cccxxxv. incip. quædã soror. lib. iiij. consuluit, quod stante statuto ℓ mulier non possit cõtrahere, nisi certa solennitate seruata, quod nõ cõprehẽdat mulierem tertij ordinis.

↠ POMATES.

a ¶ Et isti milites. Vide Panor. colum. iij. de foro competenti. Cald. consi. vij. Card. in Cle. ex eo. in ij. q. de sent. excõ. & aliquid per Bald. in auth. nisi rogati. C. ad Treb. & in l. officiales. C. de episco. & cleri. & d. Maria. in d. ca. ij. qui omnes inclinant in opinionem Pan. ibi. Contrarium tamẽ tenet domi. Cardi. in ca. si diligenti. quæstione antepe. de foro compe. & domi. Anton. in ca. j. col. v. de obl. ad ratio.

b ¶ Sed etiã amicus. Amicus inimici mei est mihi suspectus. Vide tamen Innoc. in ca. insinuante. de offic. dele. in notabilibus. q̃d dixi post Bar. in l. qui iurisdictioni. de iurisd. omn. iudi. Bal. in l. iiij. §. fi tutor. de suspe. tuto. Cy. & Bal. in teste, in l. si quis. in vl. col. C. de testi. sequitur hoc Bald. in l. j. C. si quacũq̃ prædi. pote. & vide Cano. in c. repellantur. de accusa.

c ¶ Vicerector studij. Vicerector studij non habet immunitatem. adde Bartol. in l. j. §. hi quibus. de leg. iij. & de istis gerẽtibus vices alienas quid possint, vide bonum tex. in auth. de coll. §. ad hęc. versic. prohibent. & gl. in l. ij. C. de his qui vi. al. gerunt. & no. per Barto. in l. j. §. de offic. eius. & hic adde l. cõperimus. C. de proximi. sa. scri. lib. xj. lxxxiij. distinc. præcipimus.

tis scire ℓ isti fratres nõ sunt religiosi: quia nõ renũciant proprio. Itẽ quia habẽt vxores. Item nõ sunt clerici: quia nullum ordinem clericalem habẽt: habẽt tamen quẽdã modum viuẽdi ab ecclesia Romana approbatum: vt not. de reli. domi. c. j. in cle. sed licet ibi nõ ponatur, nisi de fratribus tertij ordinis sancti Francisci: sunt tamen personæ ecclesiasticæ quæ vocãtur Deo deuotæ: vt habetur xij. qõ. j. c. duo sunt genera. & sunt exẽpti à iurisdictione seculari: vt ibi dicit. Et isti milites [a] *gaudẽtes habẽt de hoc expressum priuilegium. & ideo vidi consilia plurium doctorũ iuris canonici & ciuilis, ℓ isti sunt exẽpti à muneribus secularium, & collectis, & ab alijs, sicut clerici. & ita consuluerũt multi aduocati de curia: & domi. Gul. de Baisio archid. Bono. et Dy. de Mugello & ista cõsilia eorum vidi: & eorũ consilia fuerũt tantũ in fratribus gaudentibus: sed idẽ est in fratribus tertij ordinis sancti Francisci: tamẽ hic contrarium, vt videtis, obseruatur: nam cõueniũtur sub iudice seculari & soluũt collectas. Puto tamẽ indubitanter ℓ si apparere posset, ℓ assumpsissent illum ordinẽ seu habitum in fraudem onerum, ℓ eis nõ prodesset: vt §. ea. l. §. diuus quoq̃ Pius. et §. de mune. & ho. l. cura. §. fi. vbi glo. tangit de fratribus de pœnitentia. Facit quod no. extra de obl. ad ratio. c. j. & l. qui sub præ textu. C. de sacrosanc. eccl.*

1 ☞ *Balistæ appellatione non uenit arcus: nec econuerso.*

Vibusdam. *Not. ℓ appellatione balistæ, non continetur arcus:† nec econtra: nam, vt videtis, hic ponuntur per se balistarij, & per se archarij.*

De legationibus. Rubrica.

LEX III.

Vm quæritur. *Ista lex examinatur §. de constituta pecu. l. eum qui. §. Iulianus.*

1 ☞ *Suspectus mihi est non solum inimicus meus: sed amicus inimici mei.*
Et citatus ad locum suspectum, non tenetur comparere.

Sciendum. Si accusatio. *Not.† ℓ mihi est*

suspectus non solum inimicus meus, sed etiam amicus [b] *vel domesticus inimici mei.*

Secundo nota† ℓ si quis citatur ad locũ suspectum vel sibi inimicum, non cogitur comparere: argu. §. ad Trebel. l. de ætate. Et per hoc cassauit papa sententiam Imperatoris Henrici, quam protulit contra regem Robertũ. Nam Imperator citauit Regem ad ciuitatem Pisanam ipsi regi capitaliter inimicam: vt in c. pastoralis. extra de sentẽ. & re iudi. in Clemen.

1 ☞ *Legationis officium probatur per literas delegationis.*

d ↠ POMATES. ¶ Vicerector. Dic tñ ℓ de cõsuetudine seruatur cõtrariũ. Ita Car. in Cle. j. in vj. oppositione. de offi. vic.

e ↠ POMATES. ¶ Not. ℓ legatus. Hoc autẽ intellige secũdũ Rom. in l. j. §. de verb. obli. pondera tex. hic in fine. vbi nõ intelligit aduocare mittendo schedulas pro amico vel extraneo, si hoc faciunt gratis & amore. contra tñ hoc dicitur enixe obstare tex. in d. c. vbi periculũ. in ver. nulli de electione. in vj. vbi prohibitus loq prohibetur & mitte re scripturã vel nuncium. & vide multa quæ ponit Barb. in rub. extra de fide in strũ. colũ. ij. & vide tex. in l. miles ad sororẽ. in prin. ff. de lega. ij.

Egato. *Probatur autem hoc ℓ sit legatus per lite-*

1 *ras, quas defert suæ legatio nis:† vt l. si publicanus. §. j. §. de pecu. & ibi dixi.*

Ilio. *Nota hanc distinctionem: quando est officium cum sumptu officialis, filius habet vacationẽ ꝓpter patrẽ: alias secus. ℓ tene mẽti.*

1 ☞ *An Vicerector studij habeat immunitatem.*

c **Ilius.** *Hic videtur esse casus ℓ vicerector studij* [c] *non habet immunitatem. facit etiã j. eodẽ l. vicarius. In contrarium videtur casus C. vt digni. or. seruetur l. fi. in fi. Solu. Quando* f *doq̃ vicerector cõstituitur ab ipso rectore: & tũc ipse rector videtur gerere per eum: et*

d *nullam immunitatem habebit vicerector* [d]

1 *†seu vicarius eius: vt hic: & l. vicarius. j. eo. Quãdoq̃ propter recessum seu mortem rectoris ipsa vniuersitas facit vicerectorem: tunc habet immunitatem, quam haberet si principaliter ipse esset creatus rector: vt d. l. fi. in fi. C. vt digni. or. seruetur. De istis loquitur titu. C. de offic. eius qui vi. al. ge. Ter* g *tio opp. §. de leg. iij. l. j. §. à præfectis. sed quãto tẽpore oportet ℓ quis gerat officium ad hoc vt quis habeat vacationem? Respond. toto tempore officij: si gerit munus minuit sibi vacatio: dũmodo scias ℓ si nõ gerit officiũ, vel gerit minori tempore quartæ partis totius temporis, nullã debet habere vacationem seu immunitatem: vt l. & milites. §. quandoq̃. & §. plane. & quod ibi not. & §. fina. ſ. de exc. tut. & C. de cõsul. l. iij. li. xij.*

1 ☞ *Doctor legens qui non potest aduocare, potest mittere* h *schedulam, & alloqui iudicem.*

e **Paulus.** *Nota ℓ legatus* [e] *non debet attende-*
re ad aliud quam ad officium legationis.

f *Item nota* [f] *pro doctoribus huius ciuitatis qui non possunt esse aduocati: nam si mi-*
g *tuntvnam schedulam* [g] *iudici, vel ei loquũ-*
1 *tur:† non propter hoc videntur aduocare. tene menti.*

h **Legatus.** [h] *§. j. De materia huius §. dicã vobis in l. j. §. diuus. j. de vari. & extraordina. cogni.*

Icarius. *Facit ad quæstionẽ de vicerectore.*

Is qui legatione. *Glo. intelligit hic de libello conuentionali: idem in libello supplicatorio ad impetrandum aliquid cũ generaliter prohibitus sit aliquid facere: vt vidistis ſ. cod. l. eum qui. alias incipit, Paulus. §. Paulus.*

Vndem. Ante legationẽ. *Vides hic casum ℓ ex parte rei debet mitti*

uilegio legationis. lege mercatores. & ibi not. Bartolus & Baldus de commer. & mer.

a ¶ Pro repræsaliis. Ambasiatores non possunt capi pro repræsaliis. adde Bar. post gl. in l. conuēciones. ff. de pac. & bar. in l. j. in prin. ff. ad l. Iul. maiest.

b ¶ Secundo no. Et an ex bannitus perdat ciuitatem, vide quæ dixi in l. sed et mili. §. q em ignominiose. de excusa. tuto. per Angelū in disputatione incip. Bononiē. quidē. no. Bal. in authē. & oīno in vſ. col. ne vxor pro mari. per Ro. in l. recusare. § si quis alio. ad Treb. & per bal. in d. §. qui deficiunt. in fi.

c ¶ §. quod de frumentaria. Not. casum, in quo valet sniа cōtra nō cōtumacē absentē. adde l. hac perpetua. & q ibi no. bal. C. vbi decu. vel cohorta. & istud tenet do. Flo. in c. cū olim. de re iu. & p aliquos a in c. j. de cau. poſ. & ꝓprie. Et an ordo iudiciarius seruetur b in causa fiscali, vide bal. in l. ij. in prin. C. qñ fiſ. vel priua. & i l. j. C. de cōd. ex lege. & adde ad istud ad quod allegatur iste §. no. per Bal. i repe. l. nec quicq̄. §. vbi decretū. de offi. procon. & no. in rub. C. cōmi. vel epi & in l. de pupillo. §. meminisse. de oper. nouinun. & in l. fin. C. de fer. Alex.

d ¶ Et ideo cum. Vide aliqua in simili p domi. Præpo. in ca. fi. ij. distinc. & Fely. in ca. ecclesia sanctæ Mariæ. colum. ix. de constit. & Barb. consi. ij. colum. xxviij. vol. j. & Panor. in d. ca. j. col. ij. de re iudi. & Feli. in d. c. j. col. viij. de iureiuran. & Panorm. in ca. olim. colū. vj. de iudi. vbi colligit generaliter ex hoc q in notoriis non requiritur partis citatio.

e ¶ §. Prædiū. Qui fideiubent pro officiali, habent beneficiū excusionis. Adde c gloss. in l. j. C. de consue. fisc. debito. libr. x. & text. cum gloss. fina. in l. j. C. de decur. li. x. & no. Bart. 1 in l. quoniam. ff. loca. & reperitur quædā dispu. Barto. & not. text. hic quod verba conuentionis dubia interpretantur secundum ius com- d mune. & ad Bartho. hic vide Bald. in l. cū eorum. C. de sen.

f ¶ Illa decreta. Dicit Abb. Sicu. in c. j. de his quæ fi. a maio. part. capi. arg. illius text. q in vniuersitatibus ecclesiasticis 1 non valet statutum quod requiratur cōsensus ad minus dua rum partium: quia sufficit quod maior pars concordet ad hoc capitu. licet. de ele. & tex. cum gloss. in capi. si cui eod. tit. libr. vj. & vide ad materiam quæ dixi supra de albo scribē. in l. ij.

procurator ad defendendum causam incœptam. quod dic vt plene dixi in l. j. ff. de di. & tem. præ. per Cy. in l. j. ff. de resti. mili.

1 *Ambasiatores an pro repræsaliis possint capi.*
2 *Et an bannitus desinat esse ciuis illius ciuitatis, à qua exbannitur.*

QI quis legatum. Per hāc † legem dicimus q ambasiatores non possunt capi pro repræsaliis.[a] quia habent immunitatem de iure communi, vt hic & l. ij. §. legatis. ff. de iudi. Secundo † nota [b] ex hac lege q exbannitus de ciuitate desinit esse ciuis illius ciuitatis: vt hic, ibi: quia quē semel populus, &c. Quod putoverum quā do est talis exbannitus, qui pōt impune offendi: nam habetur loco hostis ciuitatis illius: vt l. amissione. §, qui deficiunt. ff. de capi. dimi. Idem puto si esset talis exbannitus qui esset prohibitus receptari: argu. eius qđ hic dicitur de eo, cui interdictum est aqua & igni.

De administratione rerum ad ciuitatem pertinentium. Rubrica.

LEX I.

QVod ad certam. Dic vt dicam. infra eodem l. legatum.

LEX II.

NOn utique, Quod quis. Vide glo. quæ incipit, hic no. iij. & in fi. gl. adde & j. Dic de hac materia vt not. p Dy. extra, de reg. iur. c. quod alicui non licet. & c. potest quis. & c. qui per alium.

1 *Vide casum in quo valet sententia lata contra absentem.*

Quod de frumētaria.[c] Vide gl. super ver. inanis. & sic vide q valet sententia lata contra absentem nō cōtumacem: † alias nulla esset specialitas. Est enim hic speciale. Et potest esse ratio: quia officialis restituit Reipubli. librum rationum, in quo continebatur introitus & exitus: vt l. j. §. officio. ff. de tute. & ra. dis. & ff. de statuli. & l. si statu libera. pene in fi. & ideo cū [d] nō requiratur alia cognitio, nisi computatio rationis merito: potest proferri sententia in absentem. Et sic not. q isti reuisores rationum communis possunt pronunciare officialem præteritum esse debitorem cōmunis eo absente.

1 *Quod datum est camerario per officialem, qui indebitè exigit: an debeat de communi restitui.*

Graui. Ex isto tex. nota q si officialis aliquid exigat indebite: & datur camerario communis, quod de communi debet restitui. † hoc est verum si exigat de facto: secus si expressit sententia condemnatoria licet iniusta: tunc enim à communi non potest repeti condictione indebiti: vt l. prima. C. de condi. indebiti. & supra rem. hab. l. si sine. §. quod si procurator, per iudicem: & l. cum putarem. fami. ercis.

1 *Officialis locans prædia publica, non tenetur de tacita reconductione.*

PRior tamen.

e Prædiū. [e] Nota quod si aliquis officialis locat prædia publica, tenetur solum de tempore expresso in locatione: non de tempore quo tacite reconducitur. † Ité not. quod licet aliter olim seruaretur in vectigalibus: tamen quantum ad hoc hodie idem seruatur in vectigalibus, q in alia locatione.

1 *An officialis finito officio teneatur de euictione.*

In eum. Iste est valde no. § Oppo. & videtur q syndici, q vendunt aut locant prædia publica, finito officio non teneantur. contra. ff. de proc. l. procurator qui pro euictione. Huius timore Azo fatetur contrariū: & dicit hic in tex. dum dicit: similis etenim videtur, si is qui nouat quasi dicat, in omni 1 contractu tenetur officialis publicus etiam finito officio, † præterq̄ in constituta pecunia. Et est ratio: quia constituit animo se non obligādi: sed ad fidem debitam manifestandā secūdū Azo. quæ opi. Hug. nō placet. Nam tutor nō tenetur de euictione finito officio: quia officium assumit ex necessitate: eadem ratione nec talis officialis. & sic nō obstat d. l. procurator qui pro euictione. quia ibi loquitur in procuratore, cuius officium est voluntarium. Nec obstat princi. huius §. quia hic promisit pœnam animo nouandi, & se principaliter obligandi: & ista est vera. Alij, vt Aldri. aliter distinguunt in glo. de qua distinctione nō curo. Circa hoc tamen vide ff. quando ex fac. tut. l. post mortem. & quod ibi plenius no. Hic tamen non examinō.

Pro magistratu. Nota q isti, qui fideiubent pro officialibus, non possunt conueniri per sonali vel hypothecaria, nisi excusso principali: q est speciale de iure antiquo. alias secus: vt l. iure nostro. C. de fideiuſ.

1 *Quando pecunia in vnum vsum legata posita in alium usum conuerti.*

LEgatam. Nota ibi circa principium. Ista est nota bilis lex. circa hoc dic: Quādoq̄ relinquitur vt fiat aliquod opus, quod fieri non licet: & tunc 1 potest conuerti in alium vsum † authoritate proximi superioris causa cognita vocatis his quorum interest: vt l. legatum. ff. de vsu fruc. leg. Si vero potest licite fieri: tunc aut pecunia ad hoc relicta sufficit: & non potest conuerti in aliū vsum, nisi authoritate principis. vt hic in princi. Aut non sufficit: & tunc potest conuerti in alium vsum, etiā sine authoritate principis: vt hic, in fin. & infra titu. ij. l. vltima.

Sed municipio. Nota hunc §. ad id quod dixi ff. eod. l. j. in princip.

GAlcularii. Istam materiam erroris calculi prosequere vt in glo. quæ hic ita ponit bene, sicut alibi.

De decretis ab ordine faciendis. Rubrica.

1 *Medicis antiani possunt constituere salarium.*
2 *Et quod medici possunt eligi in minoribus ciuitatibus.*

LEX I.

MEdicorum. Nota † q de iure communi ordo ciuitatis, hoc est, Priores seu antiani possunt constituere salarium medicis. Secundo not. quod hoc non permittitur præsidi. Oppo. C. de episco. & cleri. l. parabolani. Dicit glo. ibi est speciale in ciuitate Alexandrina, in qua electio me 2 dicorum permittitur episcopo. Item † quærit gloss. quot medici possunt eligi in minoribus ciuitatibus vel maioribus. Dic vt l. si duas. §. j. de excusa. tutorum.

1 *Non valent decreta decurionum, nisi duæ partes consilij ibi sint: qui sono tubæ uel campanæ sunt uocandi.*

LEX II.

f ILla decreta. [f] Cum l. sequen. Nota quod non valent decreta decurionum, si ibi non sint duæ partes decurionum, seu duæ partes consilij. & intellige quod istarum duarum partium maior pars consentiat: vt ff. ad municip. l. quod maior. & ibi dixi. & j. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. Sed quæro an præsentium nomina debeant scribi. dic, vt ff. dixi de albo scriben. l. j. & ij. Ité dicitur hic, adhibitis. sed quæro qualiter isti vocabuntur: vtrum debent nominatim vocari? Respondeo: sufficit q vocentur sono tubæ vel cam- panæ: † vt l. ij. & ibi no. C. de decur. & no. in d. l. aliud. §. refertur. j. de reg. iur. vt plenius dixi in repe. l. omnes populi. & debent vocari ad curiam, hoc est, palatium publicum: vt dicta l. ij. C. de decur. libro decimo.

1 *Decreta decurionum continentia donationem, quando sint nulla, & quando rescindantur.*
2 *Decuriones quòd possint donare legatis & ambasiatoribus, & sic remunerare benefacientes.*
3 *Donatio facta à decurionibus in casu permisso: si in ea apponitur causa ficta & colorata, non tamen vera rescinditur.*
4 *Facultas remunerandi quòd non transeat ad decuriones succedentes.*
Decuriones non possunt grauare successores ad donandum.
6 *Decreta decurionum possunt à præside rescindi: & per consilium ciuitatis & ad instā tiam cuiuslibet de populo.*
7 *Populus ciuitatis non recognoscentis superiorem potest donare, & facere legem de donando.*
8 *Decuriones qui habent arbitria disponendi circa ordines ciuitatis: quæ virtute dicti arbitrij facere non possunt.*
Non poterunt rebannire exbannitos, nisi sibi hoc expresse sit permissum: vel nisi ex maxima causa.
Non possunt sententiam condemnatoriam tollere.
Non suspendunt executionem sententiæ vltra tempus trium mensium.
Totus populus potest pœnas à se impositas tollere & suspendere.
9 *Decuriones virtute talis arbitrij non possunt mutare ordines ciuitatis: nisi sit eis specialiter permissum.*
10 *Non possunt bona immobilia ciuitatis alienare: nisi specialem habeant commissionem.*
11 *Statuere aliquid contra statutum à toto populo non possunt nisi causa de nouo superuenisset, vel causa antiqua, quæ de nouo esset manifestata.*
12 *Non possunt per statutum ius alicui quæsitum tollere, licet totus populus hoc facere posit.*
13 *Possunt debitoribus dilationem trium mensium concedere, & non ultra.*
14 *Iudicibus ciuitatis authoritatem & iurisdictionem, quam ab ipsis decurionibus habent, tollere possunt, & interdicere: non quam habent à statuto confecto à maiori consilio.*
Ordo decurionum à creditoribus interpellato, si non redderet iustitiam, teneretur parti ad interesse.
15 *Ordo decurionum quando uirtute arbitrij poterit nouas gabellas & uectigalia imponere.*
16 *Decuriones uirtute dicti arbitrij pro defensione ciuitatis, & suorum iurium, possunt nouam guerram instituere pro inuadendo res alienas, non sine authoritate populi.*
17 *Habentes arbitrium super aliquo, possunt omnia facere, quæ principaliter spectant ad id, super quo habent arbitrium.*
Item possunt statuere & facere antecedentia, propter quæ ad illud peruenire potest, & qualiter intelligatur. nu. 20.
Omnia consequentia sine quibus illud explicari commodè non potest: & qualiter hoc intelligatur. nu. 23.
Non possunt aliquid facere super eo quod non spectat ad id, super quo eis conceditur arbitrium. & nu. 19.
18 *Decuriones quibus datum est arbitrium super bono & pacifico statu ciuitatis, possunt cogere homines habentes inimicitias ad pacem.*
Principaliter aliquid fieri intelligitur duobus modis.
21 *Decuriones habentes arbitrium super bono & pacifico statu, non possunt legem facere super aliquo graui negotio prætextu modicæ pecuniæ.*
Ambitiosum dicitur cupidum. inde ambitus, id est, cupiditas proprij honoris.
22 *Decuriones habentes arbitrium unde ueniant pecuniæ, non possunt statuere quòd meratoribus reddatur ius summarium, etiam si adijcerent causam. secus si habent arbitriū super bono statu & pacifico.*
24 *Decuriones statuentes per quandam consequentiam quædam quæ ueniunt & uenire possunt contra illos particulares casus, ad quos arbitrium non extenderetur: an valeat.*
25 *Decuriones habentes arbitrium super bono & pacifico statu ciuitatis, cuius vigore possunt tollere appellationem, non poterunt tollere restitutionem in integrum.*
26 *Decuriones habentes arbitrium, vt suprà non possunt aliquid facere super eo quod est accessorium alterius quod non spectat ad id, super quo eis concessum est arbitrium: licet istud accessorium videatur ad illud spectare.*
27 *Præfationibus statutorum quando sit credendum.*
28 *Narrationi papæ in facto proprio creditur: nec admittitur probatio in contrarium.*
29 *Decretum decurionum quando petitur rescindi, si est factum eorum authoritate coram iudice appellationis hoc fit: si uero authoritate concilij generalis, tunc per uiam appellationis ad illud concilium. Et coram quo quando petitur rescindi officio iudicis.*
30 *Quo iure petatur rescissio huiusmodi decreti: vbi quòd per modum excusationis, per modum appellationis, & uniuersaliter conditione ex ista lege.*
31 *Rescissio huiusmodi decreti intra quantum tempus petatur.*
32 *Clausula, si & inquantum de iure possunt, posita in reformatione uel decreto: quid operetur.*
33 *Decuriones quādo possunt decretum seu reformationem ab ipsis factam reuocare.*
34 *Decretum factum à decurionibus quando dicatur factum ab eis uirtute iurisdictionis ordinariæ: & quando delegatæ.*

AMbitiosa. Habeo istam legem pro difficili. Oppo. dicitur hic, ambitiosa decreta rescindi debent. hoc est, decreta quæ continent donationem si debēt rescindi: ergo præsupponit q tenent: vt l. nā & si sub conditione. §. j. ff. de iniusto testam. Sed hoc ✠ POMATES. videtur falsum: qa imo videntur nulla ipso c iure: vt l. j. §. item cū cōtra sacras. ff. quæ sententia. sine app. rescin. dicit gl. ibi in sententia hic in decreto. Ista sol. nō est vera: quia eodem modo distinguitur in decreto, quo in d sententia: vt de appella. l. si ad scribatum. et l. nominationes. eodem titu. & supra, de appella. l. si constat. vnde glo. dicit aliter quod hic decretum non fuit contra legē. Nō em decreuerunt donationē valere, sed donaue runt. Certe nec etiā istud placet: quia illud dicitur contra ius q à iure improbatur: vt C. de pac. l. pacta quæ contra. sed ista donatio improbat̄ à iure: ergo &c. Qualiter soluemus cōtrariū, an de creta decurionū ambitiosa sint nulla ipso iure vel debeāt rescindi textus hic videtur contradicere. Nā primo dicit, rescindi debent. Secundo in versi. proinde. dicit, nihil valebit huiusmodi decretum. & sic innuit q ipso iure sit nullum. Idem videtur dicere tex. C. eodem. l. ordinis. propter q dicunt quidam talia decreta esse nulla ipso iure: & q hic dicitur, rescindi debent, scilicet quatenus de facto processit. sicut ff. de iure fisc. l. ne procuratores. & 1 C. si propter pu. pen. l. ij. † Mihi videtur sic dicendum, quādoq̄ in decreto non interuenit solēnis numerus decurionum: & tunc ipso iure sunt nulla: vt ff. eodem. l. ij. Quandoq̄ fuit solennis numerus: sed continet donationem: & tunc si quidem continet donationem aperte decretum est nullum: vel si est interpositum super eo q est expresse à iure improbatum, vt hic in versiculo, proinde. & C. eodem. l. ordinis. Quandoq̄ non continet donationē aperte, sed in veritate continet donationem: vt puta, si in calculā da ratione decreuerunt rationē bene reddītā, cum in veritate nō esset: vel locauerūt aliquam rē viliori mercede: & sic cōtinet donationem velate: tunc talia decreta debent rescindi: cum valeant, nec continent expressum errorem iuris: vt hac lege in principio. & ff. tit. j. l. calculi. in fi. vt sic distinguatur hic, sicut in sententia: vt l. j. in prin. ff. quæ senten. sine appella. re. posset etiam iste tex. aliter intelligi, vt dicam infra in quæstionibus. Oppo. ff. titu. j. l. calculi. Sol. vt apparet ex præcedentibus. † Quæro, vtrum [a] liceat 2 decurionibus aliquo casu donare? Videtur quod non: cum hic a indistincte prohibeatur. In contrarium videtur quod possint remunerare benefacientes, vt donare aliquid ambasiatoribus & legatis venientibus inspecta magnitudine ciuitatis donantis, & eius cui donatur: vt l. iubemus. §. sciētes. & ibi no. C. de sacrosan. eccle. & l. cū plures. §. penultimo ff. de administratio. tutorum. & l. tutor secundum dignitatem. in principio, eodem titu. & ff. de bo. dam. l. diuus. §. fina. sed donare sine causa legitima & iusta nō b possunt. & ita loquitur hic. Et ideo [b] si in donando † fuit appositā aliqua causa ficta & colorata, non tamen vera: tunc decretum 3 deberet rescindi: & si nulla iusta causa fuit apposita, decretum esset nullum ipso iure. Et hoc etiam modo potest intelligi iste 4 textus in primo & ij. respōso. † Ité quæro, [c] dixi quod possunt [d] c remunerare benefacientes: vtrum ista facultas remunerandi trāsd eat ad successores: vt puta, aliquis fecit vnū magnum seruitium huic homini tempore istorum Priorum & istorum camerariorū: ipsi non remunerauerunt: vtrum sequētes possunt remunerare? Respondeo quod non: nam remuneratio est personalis ex parte remunerantis, adeo quod quis non potest grauare hæredem suū quo aliquem remuneret: vt sit remuneratio in persona hæredis. 5 Ita probatur ff. si quid in frau. pat. l. viuus. † Et ex his potest col-

¶ Quæro vtrū. Vtrum decurionibus liceat aliquo casu donare, Facit quod no. Bar. in l. j. ff. de iusti. & iure. & q no. bar. in l. liberū. de plagia. adde Bal. in l. præses. C. de transac.

¶ Et ideo. Nōnunq̄ priores possunt absoluere a syndicatu Potestatē. Bart. in l. mācipia. C. de ser. fugi. q no. per illū tex. & idē dicit in principe.

¶ Ité quæro. dixi. Vide Lud. Ro. in cōsil. lxiij. vbi dispurat si antiani possint remouere officiales deputatos a se.

¶ Dixi q pfit. Et ad de q si datū est arbitriū generale in Repub. nō videt data licentia cōponendi cū inimicis vel redimendi rebelles. l. Lucius. §. Lucius. el ij. de le. ij. ar. illius text. secundum Bal.

a ¶An populus. An populus posit dona re &c. Ex his habes q decuriones nō repsentāt populum. Adde Imo. i l. municipibus. de condi. & demon.

b ¶Sciendū est. Nota de arbitrio istorū de curionū: adde Bart. in l. oēs pp̄i s. de iusti. & iure. & vide Ro. i l. iij. s. sed vtrū. ad syl. & q dixi in l. relegati. s. de pœnis. & Bal. in l. j. ad fi. de iusti. & iure. & & dicit no. i l. miles. in fi. C. de testa. mil. q priores habentes liberū & gñale arbitriū nō p̄t statuere ius iniquum cōtra aliquē nec cōtra Rēpublicā: tū poterunt scđm cōsuetudinē facere gratiā carceratis & pœna Reipubli cæ applicāda: & dicit bal. in l. mācipia. C. de ser. fug. q prio res habētes arbitriū nō p̄t absoluere potestatē a syndicatu qui sit culpabilis: ga hoc nō posset princeps sineclausula, nō obstante. Adde ad materiam q vigore huiusmodi arbitrij, nō vī ea posse quæ sunt contra iura: vt no. Bar. per id q ibi habeť in l. libertas. s. de statu homi. & q no. in cle. sæpe. de ver. sig. q in l. filiusfa.. de dona. & vide vltra supra scripta q notat Bar. & bal. in l. j. C. de sacrosan. eccle. in qō. ibi circa ipsam dispositionē vel. volūtatē, &c. et adde q arbitriū cessū tpe metus, cessat cessante metu: ar. l. j. & ibi bald. C. de nauti. fœno. adde q gñalis ptās statuēdi non intelligitur de iniqs statutis. l. j. vbi Bal. C. de monopo.

b

»» P. PAV. P.

c ¶Vigore dicti de. Vide Imo. consi. xliiij. nota. ij.

d ¶Nō p̄t statuere. Adde q no. bart. in l. ij. de opt. leg. & in l. si p epistolā. deacq. hæred.

e ¶Item ex virtute. Adde q notat bald. in l. miles. C. de test. milita.

f ¶Talis arbitrij. Idē Bart. in l. toties. j. de polli.

g ¶Authoritatē tollere. Adde q no. Bar. in extrauagan. ad re primendū. q sunt rebelles. i ver. mille librarū. & vide j. ea. l. in ver. tertia regula. Et ad materiā de hābitibus arbitriū super publica vtilitate, vide q dicit late in l. ij. i fi. s. admunic. Et an habens ptātē

ligi alius intellectus huius legis. Primo dicit q decreta ambitiosa debent rescindi: vt puta si asserentes colorate se velle aliquē remunerare eū liberauerūt à debito, & largiti sunt. Nam valet decretum, licet rescindatur. Sed si ipsi non fuerunt largiti, sed fecerunt decretum quod ei largiretur aliquid in futurum: certe tale decretum est ipso iure nullum. Sicut enim quis non potest grauare hęredem suū de remunerando, vt dixi ita decuriones nō possunt grauare suos successores. Et sic habes in hoc principio, si bene aduertis, quinq lectu. Vna secundū gl. quod semper rescindatur. Alia secundum alios, quod semper sit nulla ipso iure, sed rescindatur quatenus de facto processerunt. Tres alias lect. posui vobis. s. Item quæro,

6 †hīc dicitur decreta debere rescindi, quæro à quo, & ad cuius petitionē? Respōdeo, rescindatur a superiore, si est: vt puta, à præside: vel si non præses, puto quod poterūt rescindi per consilium maius ciuitatis: vt l. vbi sunt. supra de tuto. & curato. da. ab his. Et dixi in l. ij. s. ad munic. & fiet hoc ad petitionem cuiuslibet de populo, condictiōe ex hac lege, vel officio iudicis, vt notat. per Innocen. extra, de offic. ordin. cap. conquerente.

7 † Quæro, posito quod decuriones ipsi non possint donare, vt dictum est: an

a populus[a] totus possit donare? Puto quod sic. q apparet: quia pōt de donādo legē facere: vt l. prohibere. ş. plane. s. quod vi aut clā. & ibi dixi. quod sine dubio procedit in illis ciuitatibus, quæ de facto in temporalibus non recognoscunt superiorē: & sic ipsi in

8 se habent imperium. Circa †materiam p̄sentis legis, quia reperitur quod decuriōes & ordines ciuitatum in multis casibus habent arbitria: & ad quæ dicta arbitria: extēdantur: consueuit sæpissime dubitari, ideo de his aliqua videamus: & cōsueuerūt quā doq habere arbitrium super bono & pacifico statu ciuitatis, quandoq super abundantia habēda in ciuitate: quandoq super custodia ciuitatis: quandoq consueuerunt habere arbitrium, vt pecunia veniat in cōmuni, & super multis alijs quæ factorum varietas introducit. Sciendum est b ergo q ex virtute dicti arbitrij vel alicuius eorum, non possunt rebānire ex bannitos: nisi hoc sibi expresse permiserit populus, qui in ciuitate sua dicitur princeps: vt l. relegati. in fine. supra, de pœnis. & argumen. s. de offi. procu. cæsa. l. fina. Ex causa tamen vna possent rebannire, scilicet vt multos alios exbānitos, apprehenderint & demōstrauerint, vt l. non omnes. ş. fin. supra, de re milita. ad ciuitatem tamē veniendi ex causa legitima licentiam possunt concedere, secūdum ea, quæ, dixi in l. is qui reus. circa finem. supra de publicis iudicijs. Item non possunt alio

a quam sententiam condemnatoriam tollere vt l. j. ş. fina. s. de quæstionibus. & l. j. §. de qua. supra de postulan. Item non possunt executionem alicuius sententiæ suspendere vltra tempus trium mensium: vt supra, de iure fisci. l. in fraudem. ş. fiscalibus debitoribus. Et apparet quod decuriones, qui quandoq suspendunt executionem sententiæ in tempora prolixiora, non iuridice fa-

ciunt: totus autem populus, qui in pœnis à se impositis loco Principis habetur, posset hoc facere: vt d. ş. fiscalibus debitoribus.

9 †Item non possunt ex virtute dicti arbitrij, vel alicuius eorum mutare ordines & regimina ciuitatum, argumen. supra de iure fisci. l. bonorum. & l. ne procuratores. & lege aufertur. §. actores. Nam arbitrium, quod habent super bono & pacifico statu ciuitatis, intelligitur de præsenti: vt lege si ita supra, de auro & argento legato. sed revocare seu mutare ordines & regimina, esset facere nouum statum: ergo &c. Prædicta vera, nisi esset eis hoc specialiter permis-

10 sum. Item immobilia† ciuitatis non possunt alienare, nisi specialiter hoc eis permittatur: vt lege finali. C. de vendit. rerum ad ciuita. pertinen. & dicta lege prohibere. ş. plane. supra quod vi aut clam. Item ex

11 † vigore dicti[c] arbitrij non possunt statuere[d] aliquid quod sit

c contra statuta & ordinem factum à toto populo, à quo ipsi au-

d thoritatem habeāt: nisi de nouo superueniret causa: vel causa antiqua, quæ esset de nouo manifestata, quam tempore legis condi-

12 tæ populus ignorabat: vt l. si hominem. s. mada. † Item ex virtu-

e te[e] dicti arbitrij, vel alicuius eorum, non possunt facere statutū per q ius proprium iam quæsitum alicui auferatur. Licet enim totus populus posset: vt l. venditor. ş. si constat. supra communia prædio. & l. Antiochensium. s. de priui. cre. & dixi in l. toties. s. de polli. tī cum alicui conceditur arbitriū: intelligitur hoc concedi sine alterius iniuria: vt l. ij. §. merito. & §. si qs à principe. s.

f ne quid in[f] loco publi. & ideo ex virtute talis arbitrij f non pos-

13 sent debitores aliquorū liberare, vel similia facere. Sed iuxta † prędicta q̄ro, an debitoribus possint dilationē concedere ex virtute alicuius arbitrij prædictorū? Rñ. nō puto vltra tēpus triū mēsiū, vltra illud q alias debitores habeant: argu. s. de iure fisci. l. in fraudem. ş. fiscalibus debitoribus. coniuncta l. prima. §. penulti. C.

14 de caduc. tol. end. † Sed an possint iudicibus ciuitatum authori-

g tatem tollere[g] vel interdicere iurisdictionem super petitione dictorum debitorum? Respondeo: si quidem iudices prædicti nō habent iurisdictionem ab ordine illo: sed magis à maiori consilio vel statuto cōfecto à maiori cōsilio, ipsi nō possunt iurisdictionē illam auferre. Si vero habēt ab ordine illo: tūc auferre possent: cū ipse ordo remaneret iudex: vt l. vbi absunt. s. de tuto. & cura. da. ab his. & ideo si interpellatur ordo à creditoribus, & iustitiā non redderet, puniretur, & teneretur parti ad interesse: in authen. vt dif. iudi. §. j. colla. ix. & dicam j. de va. & extraordi. cog. l. fin. Item

15 † an ex virtute alicuius arbitrij de prædictis possit nouas gabellas & vectigalia imponere. Et intelligo prædictam quæstionem, posito pro constanti, q ciuitas ipsa seu populus possit, prout de facto videmus facere, licet de iure non possit: vt l. ij. C. noua vecti. imp. non pos. Respondeo: si quidem in illa ciuitate, vectigalia & Gabellæ non sunt solitæ imponi: ordo eas imponere non poterit, nisi specialiter sit eis permissum. hic enim est casus, qui reseruatus est populo, qui in sua ciuitate imperium habet, seu obtinet vicem principis, sicut reseruatur principi vniuersali, per dictum tit. C. noua vecti. Si vero ciuitas consueuit tempore necessitatis imponere gabellas: tunc imponere poterunt. Hoc enim potest venire in illo arbitrio, quod de more populi est argum. l. vel vniuersorum. supra de pignor. actio. cum similibus. Item

16 an † possit ex virtute alicuius arbitrij de prædictis institui nova guerra? Respondeo: potest pro defensione ciuitatis & suorum iurium. Alias autem pro recuperatione rerum prædictarum ex interuallo vt pro inuadendo res alterius non posset sine authoritate populi vel maioris consilij: ar. eius quod no. per Innocentium extra, de re. spoliato. capitulo olim causam. libro primo. & quod dixi supra de capti. lege hostes. Visis er

h go[h] quibusdam particularibus, quæ fieri non possunt virtute alicuius ex dictis arbitrijs: videamus aliquas regulas generales quas reducemus ad practicā: ex qbus apparebit virtus præ

18 dictorū. Primo, † regula est affirmatiua q habentes arbitriū sup aliquo, possunt oīa facere q̄ principl̄r spectāt ad id, sup quo habēt

tollendi statuta possit illa reformare. Dic q sic. Ita tenent. doct. in l. iuris gētiū. ş. adeo. & ibi Ange. ş. de pac. Et sic habēs ptātē cōdendi statuta, pōt emendare & corrigere. C. de emē. Iusti. codi. & ibi per Guido. de Suza.

»» POMATES.

h ¶Visis ergo. Adde etiā q vigore talis arbitrij non poterūt liberare officiales a syndicatu. Ita Pau. de cast. in l. mācipia. C. de ser. fugi.

arbitrium. Secunda regula est, q possunt statuere & facere omnia antecedentia, propter quę ad illud peruenirī potest. Tertia regula est, q possunt statuere & facere omnia consequētia, sine quibus illud explicari commode non potest. Quarta regula est negatiua: q non possunt aliquid facere vel statuere super eo quod non spectat ad id, super quo eis est concessum arbitrium. Quinta regula est, q non possunt aliquid facere vel statuere super eo, quod est accessorium alterius: quod non spectat ad id, super quo concessum est arbitrium: licet illud accessorium videatur ad illud spectare. Declaremus istas regulas. Prima regula est, q habentes arbitrium super aliquo possunt omnia facere & statuere, quæ principaliter spectant ad id, super quo habent arbitrium. Probatur s. de arbit. l. non distinguemus. ş. de officio. & s. mā. l. diligenter. de exerci. l. j. §. nō autem. & §. igitur. & de instī. l. sed & si pupillus. §. conditio. cum si. &

a ista regula videtur indubitabilis. Subijciamus[a] exempla.

18 †Datum est Prioribus ciuitatis: [b] arbitrium super bono & paci-

b fico statu ciuitatis: Certe huius vigore poterunt homines habenc tes insimul inimicitias cogere ad pacem: [c] vt l. æquissimum. in princi. s. de vsufruc. & l. si fur. eodem titu. Nam per istas ciuiles conuentiones Respublica læditur vt s. de cap. l. si qui ingenuā. §. fi. Facit s. de offi. præsi. l. congruit. in prin. de offi. præfect. vr. l. j. §. quies. Sed certe opp. quia istud non videtur principaliter pertinere ad publicam vtilitatem: sed per quandam consequentiam, vt d. l. si quis ingenuam. §. fina. & sic videtur quod non veniat in arbitrio eis concesso, vt s. ad municip. l. libertus. §. fi. & de fideiuss. l. fideiussores magistratuum. & de magist. conue. l. j. §. j.

19 Respōdeo: † hoc quod dico principaliter, potest intelligi duobus modis. Vno modo vt denotet ordinem naturæ: vt in hoc exemplo, verberatur filius certe ipse filius principaliter iniuria tur, & pater per consequentiam: vt l. j. §. j. de iniu. Certe isto casu dictio principaliter, non denotat ordinē temporis: quia eodem instanti fit iniuria patri & filio: sed denotat quendam ordinem naturæ qui intellectu percipitur. Secūdo modo potest intelligi vt denotet ordinem intellectus: in quo est sciendum quod in intellectu finis dicitur principium: & illud dicitur principaliter esse finis, ad quod intellectus finaliter tendit. Exemplum: mādator & fideiussor licet ante reum intercedat: dicitur teneri accessorie: eius reus principaliter. Ratio est quia ad hunc finem contrahentes tendebant. Item potest poni exemplum per l. & si non sint. §. peruenīamus. s. de auro & arg. leg. & de arbi. l. item si vnus. §. principaliter. & iste secūdus modus est prior. Hoc præmisso, si poneremus quod in intellectu fieret aliquid ad duos fines æqualiter, respectu cuiuslibet diceretur principaliter, fieri. exemplum in duobus reis vnus obligatur hodie, alius cras: licet sit prior in tempore tamen quilibet dicitur principaliter obligatus, vt s. de duo. re. l. iij. in princ. Item ex hoc sequitur q si sunt plures personæ quæ faciunt vnum actum: si tamen faciunt ad diuersos fines in persona cuiuslibet diceretur principaliter fieri respectu finis intellecti per eū. Exemplum, emptor & venditor faciunt vnum contractum. Vnus principaliter tēdit vt habeat rem alter principaliter vt habeat pretium, vt l. j. de contrahen. emp. & l. j. de re. permu. Et hoc respectu dico quod quando filio fit iniuria à sciente eum filiumfamilias: vtricq lex dat principaliter actionem scilicet patri & filio, vt l. eum qui nocentem. §. fin. s. de iniur. Facit d. l. j. §. vsqueadeo. de iniur. Modo ad propositum licet inimicitiæ & brigæ tendant principaliter ad damnum priuatorum inspecto ordine naturę, secundario ad Rempublicam tamen inspecto ordine intellectus iuris ius imaginatur vtrunq principaliter lædi: scilicet priuatos & Rempublicam. nec obstat s. de magi. conue. l. j. in princi. quia licet Respu. lædatur principaliter, vt dixi tamen non lædit̄r damno pecuniario & estimabili, quod ille fideiussor promiserat. Istam solutionem ponit̄ text. s. ad munic. l. ij. circa finē. Scias ergo q illud arbitrium super bono & pacifico statu est multum latum. comprehendit enim arbitrium super abundantia super custodia quasi super omnibus: arg. l. j. §. cura carnis. & §. seq. s. de off. præfec. vrb. Alia plura exēpla possent poni circa

20 hanc primam regulam, quæ omitto. Secunda regula † est, quod possunt statuere & facere omnia antecedentia ad id, super quo habent arbitrium, propter quæ ad illud peruenirī potest. Probatur in l. cui iurisdictioni. s. de iur. om. iud. & s. de procu. l. ad rem. & l. ad legatum. cum simi. Pono exemplum: habentes arbitrium super abundantia volunt facere statutum, quod rustici non possint detinerī in ciuitate pro testimonio vltra vnam diem: vel quod rustici non cogantur personaliter venire ad custodiam ciuitatis: sed possint seruire per substitutum adiecta causa: vt cultura agrorum non impediatur: & habeatur abundantia in ciuitate. Certe quod sit abūdantia, istud est principale, super quo habent arbitrium. quod rustici non vexentur, est quoddam præambulum siue antecedens, per quod peruenitur ad illud. hoc poterūt facere. Casus est j. de nundi. l. ij. in Græco. Facit C. quæ res pigno. obliga. pos. l. pignorum. & authen. agricultores. & in corpore vnde sumitur. Item possent acquirere pecuniam mutuo pro expediendis his quæ pertinent ad abundantiam: argu. l. j. §. non autem de exercito. Item potest poni exemplū. Habentes arbitriū prouidendi vnde pecunia veniat in communi: huius vigore possunt statuere, quod quicunque vocatur ad aliquod officium, possit illud gerere, vel seruire per substitutum soluēdo communi certam quantitatem pecuniæ. Certe quod pecunia soluatur, id est, super quo habēt arbitrium, quod possint retinere: vel per substitutum seruire, est antecedens ipsius: & hoc possunt, per iura s. alleg. Facit etiam quia de iure est permissum polliceri pecuniam pro honore habendo: vt l. hoc iure. in prin. de dona. & l. j. de polli. Et eadem ratione licet Reipublicæ polliceri remissionem. Plures etiam casus similes possent poni, quos omitto.

21 Ad vnum † tamen aduerte: quia vigore dicti arbitrij non possent statuere vel ordinare seu legem facere super aliquo graui etiam ponderoso & arduo negotio prætextu modicę pecunię, quæ daretur communi: ar. l. quemadmodum. C. de agri. & cens. lib. xj. Esset enim decretum ambitiosum. Ambitiosum enim dicitur cupidum. Inde ambitio, id est, cupiditas proprij honoris: vt s. & C. ad leg. Iul. de ambi. & ideo talia decreta dicuntur ambitiosa. id est, facta ex cupiditate potius, quam zelo iustitiæ.

22 Sed quæro: † pone, habentes arbitrium vnde veniat pecunia in communi, statuerunt quod mercatoribus reddatur ius summarie, vel aliquid aliud: adijcientes causam: quia propter hoc mercatores desisterent venire ad nundinas. & secundum hoc auidius venient ad ciuitatem, & ex hoc ciues efficiuntur ditiores: vnde eis collectæ melius & facilius imponētur. an hoc statutum valeat: Videtur quod sic: quia disponit super antecedenti. quod possunt, vt dictum est. Solu. dico quod si hoc facerent ex virtute arbitrij quod habent super bono statu & pacifico ciuitatis, puto q̄d valeret: quia prædicta pertinent ad statum ciuitatis augēdū & cōseruandū, vt dictū est: sed ex virtute arbitrij q̄d habēt vñ pecunia veniat, in cōi, hoc nō p̄t: quia prædicta pertinēt ad hoc: & illud q̄d dictū est de antecedēti, est verū q̄n illud antecedēs de necessitate infert illud cōsequēs. sup quo habēt arbitriū: vt in exēplo prædicto, q̄n statuūt vt qs possit se excusare à munerib⁹ soluendo certā quātitatē. secus si ex antecedēti cōsequens sequi potest casualiter seu possibiliter: tunc non p̄t: vt in casu ꝓposito. Nam ex statuto præmisso scilicet q ius reddať summarie, possibile erit q inuitabunť alij ad veniendū, vt ciues efficianť locupletiores: & forte hoc nō sequeť: ar. ꝓ hoc s. de neg. ge. l. si negotia. vbi noua negotiatio, quę pōt habere se ad lucrū & ad dānū, non debet instituī. Præterea, vt dixi q p̄t disponere sup antecedēti intelligi debet de antecedenti ꝓximo vel modicū remoto: vt in exēplis præmissis: sed sup antecedēti multū remoto: vt in q̄stione nr̄a nō p̄t: ar. j. de ver. sig. l. in lege cēsoria. §. ij. vbi dicit, vsus sui cā, q̄d ꝓparatū est advsum suę ꝓsonæ immediate, vel mediate modicis mediis ꝓximis: vt coci, & similes. Secº si essent multis mediis mediati vt cultores agrorū. Pro hoc s. de au. & arg. leg. l. quamuis. & ibi dixi. & prædictas

23 duas notabiles limitationes tene mēti. Tertia regula † est: q̄d possunt statuere & facere omnia cōsequentia ad illud, sine quibus explicari illud cōmode nō potest: vt d. l. cui iurisdictio. s. de iurisdi. om. iud. & no. in l. nō distinguemus. §. de officio. s. de arbi. & ibi not. ex hoc sequit̄ q possunt terminos certos ponere ad

a ¶Subijciamus. Vide quæ consuluit pro comite Hugone de Rangonibus. And. Barba.

»» POMATES.

b ¶Ciuitatis. Vid ad hęc Ro. cōs. ccccl xij. vbi dicit, q habētes arbitrium prouidendi pro cōseruatione alicuius loci, non, potuerunt sine iusta causa priuare rectores ipsius loci officijs suis.

c ¶Cogere ad pacē. Vide Bar. & Bal. in j. constitu. Codic. & Bart. in l. de fideicōmisso. de transac.

a ℭEtiam officiales. Et adde quod idem ſequitur Bald. in l.j. ad fi. C. ſi rector prouinciæ. dicens quod ſi ꝑmiſſum eſt Prioribus ſtatuere ſuper reddenda iuſtitia, poterunt eligere rectores: præfigere terminum cauſis: & adijcere pœnas. et q̄rit Imol. in l.j. ff. ſol. ma. ĩ pe. q. an habentes arbitriũ ſuper bono et pacifico ſtatu ciuitatis poſsint ſtatuere ꝙ nobilis faciens brigam puniatur in tãtum? Et ad materiã vide Io. And. in pulchra q. in regula, cũ quid prohibetur. in merc. in vj.

b ℭAd cõpromittendum. An habentes arbitriũ ſuꝑ pacifico ſtatu ciuitatis poſſint facere ſtatutum ꝙ habentes in ſimul quæſtiones teneantur cõpromittere: adde Bar. et Bald. in j. conſti. Codic.

c ℭCirca hoc dico. Et nota ꝙ ſtatutum diſponens omnes cauſas debere compromitti, limitatur niſi quis haberet inſtrumenta vel aliud ius liquidum. Et hic ẽt collige an ſtatutum valeat. Facit ad no. l. eleganter. in princ. ſ. de cond. inde. et ad de Bar. in j. cõſti. Codic. et ibi Bald. ad fi. Et qualiter dictum ſtatutum intelligatur, vide Ange. in l. cum hi. §. ſi cum lis. ſupra de tranſac. & quod ibi dixi poſt Ange.

d ℭSit credẽdum. Ad hoc facit quod not. Specu. in tit. de inquiſitione. §. nunc tractãdum. qd ſi in literis, &c.

e ℭQuæro quo. Iſtd facit ad no. in l. quæ ſub conditione. ſ. de condi. inſti.

implendũ quod ſtatuũt & mandant: vt l quid tamẽ. §. ſol. ſ. de arbi. Poſſunt ẽt pœnã imponere nõ obtẽperantibus: vt l. j. in prin. ſ. ſi quis iu. di. nõ obtẽ. Poſſunt etiã officiales[a] ad prædicta ẽt exequenda ſtatuere: vt l. ij. ſ. ad mun. qđ intellige, niſi alias ordinati eſſent per cõe: vt dixi ſ. circa caſus ſpeciales. Contra prædicta op. et videtur ꝙ non poſsint pœnã imponere, quaſi hoc non veniat in arbitrio eis cõceſſo, vt l. quid tñ. §. fi. de arbi. So. Qñque cõmittitur arbitriũ gñaliter, vt ſuper abũdãtia, tũc ſi faciũt ſuper vno particulari dicti officij ꝑ quod dictũ officiũ nõ finitur: poterũt: vt l. nõ ex omnibus. ſ. de arbi. Si vero cõmittitur arbitriũ ſuꝑ vno negotio particulari tũc puto idẽ, ꝙ poſsint pœnam imponere, vt ſ. de verb. obli. l. ex ea parte. in prin. & quod ibi no. Nõ obſtat l. quid tñ §. fin. quia ibi cõmittebatur deciſio alicuius litis vnde lite deciſa nõ põt ſe vlterius ĩtromittere. hic vero cõmittitur diſpoſitio & ordinatio certi negotij, ĩ quo acceſſorie venit

24 pœna. † Quæro, quid ſi in prædictis & circa prædicta ſtatuunt quædam: quę per quãdã cõſequentiã veniũt, et venire poſſunt cõtra illos particulares caſus, ad quos dixi arbitrium nõ extẽdi, an valeat? vt puta, qa ex hoc alterius ius lædit, vel ſimile Rñdeo, qñque hoc cõtingit ꝑ quãdã cõſequẽtiã ex culpa eius, ius cuius lædit. Exẽplũ, factũ eſt ſtatutũ ab habẽtibus arbitriũ ſuꝑ bono ſtatu & pacifico ſtatu et publica vtilitate cõis, ꝙ ſi qs nõ petierit debitum ꝑ decẽ annos, de cętero nõ audiatur. Certe ex hoc læditur ius cræditoris, præcedẽte tñ culpa et negligentia ſua, tunc dico ꝙ ſtatutũ valebit: vt l. j. ſ. de vſuſca. Pro hoc tex. optimus. ſ. de re. eo. l. ſi pupillorũ. § .j. Quãdoque põt cõtingere ex defectu alterius. Exemplũ: ex vigore dicti arbitrij fecerũt ſtatutũ ꝙ habẽtes qõnes cogãtur ad cõpromittendũ[b] inſimul. Certe ꝑ hoc poſſet ledi ius partis, ſi arbiter male iudicaret, & pars læderetur. circa hoc dico[c] ꝙ ſi aliquis habet ſñiam vel inſtrumẽta guarentigiæ q̃ ſecũdũ ſtatuta Tuſciæ merẽtur executionẽ, tũc ſi ſtatutũ tale nõ expreſſe dicit, ꝙ de his cõpromitteret, hoc nõ poſſet: quia et ſub generalitate nõ veniũt, qa hoc eſſet ius partis lædere: vt l. minor xxv. an. cui fideiuſ. in prĩ. ſ. đ min. Circa aľs vero lites dico ſtatutũ valere, nec debet attẽdi ꝙ vna partiũ poſſet lædi ex hoc, qa hoc eẽt caſus, & ita põt tangere actorẽ ſicut reũ, ar. l. fideiuſſor. C. de fideiuſſo. et ideo

